



**Ioannis Sturmius De amissa dicendi ratione, ad Franciscum
Frossium Iurisconsultum Libri duo. : Explicata est hisce
duobus libris, & integra interposita Ciceronis oratio, quam pro
P. Quintio habuit.**

<https://hdl.handle.net/1874/433582>

IOANNIS
STVRMII DE AMISSA
dicendi ratione, ad Franciscum
Frossium Iurisconsultum
Libri duo.

Explicata est hisce duobus libris, & inte-
gra interposita Ciceronis oratio,
quam pro P. Quintio habuit.

Argentiae apud Vuendelinum Ribilium
Anno M. D. XXXVIII.

Л О А И Н И

Л А Р М И Д А А М С З А

Л А Р М И Д А А М С З А

Л А Р М И Д А А М С З А

Л А Р М И Д А А М С З А

Л А Р М И Д А А М С З А

Л А Р М И Д А А М С З А

Л А Р М И Д А А М С З А

Л А Р М И Д А А М С З А

Л А Р М И Д А А М С З А

Л А Р М И Д А А М С З А

Л А Р М И Д А А М С З А

Л А Р М И Д А А М С З А

JOANNIS STVRMII DE

amissa dicendi ratione, ad Franciscum

Froſſum, Jurisconsultum,

Liber primus.



A RERVM BONARVM FRANCISCE
Froſſi, natura est, ut qui meliore mente præditi
sunt, eos ad se amandum excitent, quibus uero
uitiosum est & peruersum ingenium, hos aut ini
quos habere, aut certe non multum delectare uideantur. Sed
illud mirabile est, cum bonarum & malarum rerum contraria
uis sit atq; natura, cumq; uiri studiosi, hominibus non bonis
permultum sint dissimiles, esse tamen magnam in erroribus
confessionem generis humani. Pluribus enim in locis, non fo
lum quæ inferiora dignitate sunt, excentur ita, ut melioribus
anteponantur: sed mala etiam sic excoluntur, ut rebus præcla
ris non locus ad laudem retinendam relinquatur. Nam Regna
& nobiles populi non modo militari rationi maiora quam ci
vili scientiæ præmia constituerunt, esset enim hæc ferēda com
paratio: sed luxus etiam quod grauissimum est, & ambitio &
impudentia, ita usu atq; consuetudine recepta sunt, ut frugali
tatis & integratatis & pudoris exigua ratio habeatur. Hoc
cum depravato iudicio naturæ malæ, tum etiam bonorum in
geniorum sit imbecillitate. In rebus enim arduis & præclaris
uia & ratione est opus, & cū omnia præclara difficultatem
coniunctam habeant, carent plerunq; hoc ordine & modo
etiam laudata ingenia: quo sit ut rerum pulcherrimarum stu
dia contempta iaceant, & ea laudabilium artium doctrinæ ma
gno consensu præferantur, quæ à uiciosis naturis solent cele
brari. Quam uero sit eius quod excellit difficilis & ardua in
uentio, hinc uideri potest, quod eiusdem postquam perfe
ctum traditumq; est, non potest diu ut nō contaminetur usus

DE AMISSA

retineri. Purissimè majoribus nostris diuina uoce tradita religio est: sed eadem non multis post annis ita est deformata, ita deinceps uitiorum & cupiditatum licentia atq; indulgentia la befactata & corrupta, ut qui locus portus esse putabatur & statio doctrinæ Christianæ, is malarum artium sedes, & scelerum uitiorumq; perfugium extiterit. Est hæc natura cum rerū omnium bonarū, ut facile hominū cupiditate & stulticia uitientur, tum præcipue ut religionis, sic etiam rationis dicendi. Cum n. maximè floraret Romæ eloquètia, ibi non multis annis ita deformata & spoliata est, ut neq; inde ad nostra usq; tēpora uetus sit restituta elegantiæ & posthac ppetuò sua pulchritudine quam in natura habet, inter homines caritura uideatur, nisi alii qui oriātur, qui maximo ingenio prædicti, nobis ordinē uiām illam in discendo ostendant, que ueterum Romanorū & Græcorū rationi sit q; maximè consentanea. Hanc n. præpē universam amissimus: quocirca nisi tales homines mittantur diuinatus, qui eandem perditam inueniant atq; reportent, nulla spererit reliqua restituendæ & instaurandæ nobis eloquentia. Et enim si cum maximè atq; mirabiliter exulta esset, tum non potuerunt eam summa ingenia conseruare: maximopere his temporibus arduum erit amissam recuperare, & suo quasi reddere populo. Inuestigandæ igit nobis hoc in loco Frossi cause sunt, quamobrem nunc careant illa ciuitates: & cur posteaquā atas superior habuerit homines, & doctrina & diligentia excelles, & nostra ingenij etiam non malis abundet, tamen prænihil absolutū perfectumq; oratione cognoscatur. Nam tametsi per Germaniam permulti sunt, ut nosti, qui in sermone quotidiano linguam & puram & ornatam habent, tamen non eam habent magis politam, quam hi qui cum Ennio aut cum Thucidide uixerunt, quos constat elegati sermone & graui oratione usos esse, sed facultate, usu atq; natura comparata, non arte perpolita. Quibus etiam per Italiam melior mens ad imitacionem

DICENDI RATIONE LIB. I.

nem summi & prestantissimi oratoris excitata & erecta est, hi
 mihi uelle eloquentiae laudem scribendo dicendo consequi
 uidentur. Qui uero paulò uixerunt ante haec tempora, in suo
 quisque genere delectatus, imitatione optimi non perpenderunt.
 Quam igitur causam esse dicemus, quo minus eò quo ueteres
 peruenierunt, nos quoque accedere possimus? Videbimus opí-
 dor hanc, si que summis viris proposita fuisse atque placuisse con-
 siderabimus. Crassus apud Ciceronem cum omnia quae orato-
 ri necessaria sunt, subtiliter & uere notat: tum etiam rationem
 indicat & ordinem signat, per quem id quod uolumus, assequa-
 mur. Necque ambiguum est Ciceronem eo sermone quem Crassus
 habuit, sententiam suam expressisse, in qua tum erat, cum illa scri-
 beret. Non, n. sententias solum singuli suas in illa disputatione
 declarant, sed naturam etiam & æratem, & tempus, significant.
 Verum, n. quae sunt illa quae Crasso & Ciceroni placuerunt in
 dicendi studio ad considerandum annotare? Dicam equidem
 Frossi, sed non quasi unus ex his qui maximo ingenio, ut dixi,
 & missi diuinitus amissam eloquentiam reddere nobis debent:
 sed ita dicam ut is, qui huius rei studiosus & cupidus neque ami-
 cis neque cuiquam qui uiuit, quod à se annotatum obseruatumque
 sit, & quod ad publicas utilitates pertineat, uelit incognitum. Pro
 dese cupio nostris hominibus, non mihi laudem cōparare. Sed
 quae nobis Crassus proposuit, quoniam ea ad rem maximè perti-
 nent, sunt celebranda. Sunt autem haec, natura & studiū, educatio
 doctrinæque puerilis, cognitione subtilior, ratio literarum, consuetu-
 do sermonis quotidiani, lectio scriptorum, usus, memoria, studiū
 permanens. Omnia, n. si que in diversis locis meminit Crassus
 colligantur, intra haec nouem consistunt. Itaque eloquentiam, ut
 A pollinem atque Mineruam nouem Musis poetæ preficiunt: sic
 nos haec nouem oratori & sapienti subiiciamus. Non, n. sapien-
 tiā ab eloquentia separamus, neque patimur cordis rursus atque
 lingue dissidium fieri. Quare ad reconciliandā amiciciā oratio-

nis & cognitionis, recte illa nouem ad obseruandum præcipit
siue Crassus siue Cicero: utriusq; n. habenda sententia est. Quid
igitur est in his quod etas nostra magis quam illorū desiderat?
In quo illi nobis sunt beatiores? ubi illa sunt, quorum nos de sit
tutione miseriiores sumus? Videlicet annis iam compluribus
& industria & subtilitate præclara efflorescere ingenia, lingua
rum explicatores infantiae & informatores in omnibus citiuitate
bus abundare, eloquentiae doctores præmijs maioribus quam
antea comparari, non deesse ceterarum etiam artium atq; do
ctrinarum magistros, summam copiam & oratorum & poeta
rum, omniumq; scriptorum extare, exercitationem tantam &
præcipue per Galliam, ut etiam his qui docēt nimia esse videa
tur: receptum esse in consuetudinem latini sermonis usum, re
cordationem ingenij, & suscepitam uitæ humanioris atq; libe
ralioris institutionem, in multis non nisi morte finiri, & cum
omnia hec nobis communia sint cū illis, qui tamen nobis prestatte
runt, quæ causa est Frossi tantę infelicitatis? Certe illud est, ga
non satis honorata res est, & quia modo atq; ordine caremus,
quia exigua ratio iuuentutis habet, non potest non uiolari in
quam spectamus perfectio. Fuerunt p; annos nonaginta & am
plius inauspicati labores discentium, & summa fuit, iuuentutis
destitutio. Nam quoniā qui docuerunt aut fœdam rationem
secuti erant, aut nondum eruditam, caruit pueritia docta & ele
ganti informatione, & quibus Deus uim ingenij præstantem
dedit, illi sero quid optimū esset potuerūt animaduerttere, quod
dum secuti sunt magnū quidem illi nomen cōpararunt, sed ex
doctrinam magna, nō ex dicendi ratione tali, qualē ueteres tum
Romanū tum Græci habuerunt. Præterea qui potuerunt illud
assequi quoniā literarum magistris parua erant proposita præ
mia, & ad contemptū maior q; ad laudē locus relictus fuit, scri
bendo utilitates adtulerunt, docendo parūm profuerunt adole
scientiæ. Itaq; senescimus anteq; uerborum facultatem & dicen

DICENDI RATIONE LIB. I.

di scribendi rationem assequamur, si tamē quisquā est etiam
de cursa etate assecutus. Socrates Gorgiam Leontinum, Prota
goram Alcideriten, & reliquos Sophistas uehementer insectat,
quod in magna profelione ignari rerum essent: quid si hodie
uiueret Socrates neminem certe in literis & in illa Philosophia
posset inuenire, quem cum illis comparet. Fuerunt n. non pro
fessionis nouitate magni illi uiri, sed rerum etiam habebāt co
gnitionem tantam, ut ciuitatibus admirationi essent, & Gor
giae etiam soli non inaurata, sed aurea statua eadē de causa fuit
a Græcis constituta. Sic optimè constitutæ Resp. non solū mili
tia & forensibus occupationibus præmia constituerunt, sed li
berorum etiam rationem summam habuerunt, neq; utilitatib
us modo, uerum etiam honoribus literarum & dicendī magi
stros prouocarunt. Quamobrem non ingenijs solum consulen
dum est, sed ciuitates etiam excitandæ, ut quam diu se non pos
se sine liberorum posteritate consistere sciunt, tamdiu etiam li
terarum magistros retineant, atq; ita retineant, ut suo uitæ ge
nere contenti, non ad alias, ubi plures utilitates sint, uitæ ratio
nes deflestant. Sed non hæc eo dico, quasi ad me etiam istud
pertinere arbitrer, nec enim me inter eos qui quod requiro id
possunt, numero, & liberaliter mecum actum est: sed illud ue
lim considerent etiam cæteri homines, nisi propositis utilitati
bus raro excitari ad res magnas atq; necessarias ciuitatibus, in
genia. Nisi suscepta & per annos multos perpetuata uitæ meæ
ratio delectatione & uoluptate retineret, nisi respicerem quo
me Deus in hominum genere uiuere uelit, & ad quas res me
miserit, iamdudum fortasse commutarem hoc docēdi munus
cum quæstuosa & hisce moribus aurā alicuius artis professio
ne. Sed uiuendum mihi in literis est, & acquiescendum ei insi
tutioni cui me mea natura atq; Deus addixit, inde etiam tan
ta nostris hominibus adserendæ commoditates, quantas dili
gentia & studio potero, comparare. Magnum & arduum
opus

DE AMISSA DICENDI RATIONE LIB. I.

opus est, restituere uetus tam dicendi rationem, stultum illud
polliceri, insani assentum se putare: sed quia ea rei natura est,
uniuersi uires in tantis difficultatibus succubent, & multorum
opera opus est: res etiam ipsa summum ocium, diligentiam
singularem, iudicium exactum, ingenium ad eam rem aptum,
naturam idoneam requirit. Itaque tunc ne si etiam ego aliquid
concer adferre, uidear plus arrogare mihi, quam uel ingenio uel
facultate queam comprobare. Quanquam enim primum mihi
& optatum ocium comparatum sit, licet operā diligentiamque
promittere possim, tametsi natura me ad literarum studium du-
xerit: libenter tamen agnosco & fateri debeo ingenium in me
admodum esse exiguum, & iudicium ita tenue, ut sine pudore
de rebus non debeam pronunciare. Sed enim in ea sum san-
ctentia, ut puto si quid bene sit ab alijs qui arte prestant, id ei
am a rudibus posse non arroganter annotari. Cum enim non
parum in faciendo doctus ab indocto differat, in iudicando tan-
men magna similitudo est. Verum est etiam aliquid discretum,
& qui non inuidioso ingenio sunt, & qui sunt publica-
rum utilitatum cupidi, in rebus magnis & difficilibus, si quid
habent, qualecumque illud sit, si commoditatem habeat, de-
bent proferre in medium, & uideri uoluisse prodesse & pro-
fuisse quoad potuit fieri humanis necessitatibus. Itaque ego in
releui & abiecta declarare eiuscmodi uoluntatem statui, &
oratione quam Cicero pro Quintio habuit proposita, breui-
ter explicare, quae ad intelligendum & ad obseruandum &
ad imitandum pertinere uidebuntur. Hoc enim modo uide-
bitur quomodo amissa sit eloquentia, & qua ratione uetus illa
consuetudo exercitatioque dicendi sit repetenda. Facilius
etiam magnarum rerum formae, quae sub sensum ipsorum non ue-
niunt, animo teneri possunt, cum id quod ab accommodato
ad eas perfectoque habitu profectum est, ante potuimus invi-
spicere.

M. Tullij

M. TULLII CICE RONIS PRO P. QVINTIO ORATIO I.



VAE RES IN CIVITATE DVAE PLV
rimum possunt; hæc contranos ambæ faciunt in
hoc tempore: summa gratia, & eloquentia. qua
rum alteram C. Aquili uereor: alteram metuo.
eloquentia Q. Hortensij ne me dicendo impe
diat, non nihil commoueor. gratia Sex. Neuij ne P. Quintio no
ceat, id uero non mediocriter pertimesco. Neq; hoc tantopere
quærendum uideretur: hæc summa in illis esse: si in nobis essent
saltē mediocria. uerum ita se res habet: ut ego, qui neq; usu sa
tis, & ingenio parum possum: cum patrono disertissimo com
parer: P. Quintius, cui tenues opes, nullæ facultates, exiguae ami
corum copiae sunt: cum aduersario gratiosissimo cōtendat. Illud
quoq; nobis accedit incommodum: quod M. Junius, qui hanc
aliquotiens apud te egit: homo & in alijs causis exercitatus, & in
hac multum & s̄aþe uersatus, hoc tempore abest, noua legatione
impeditus: & ad me uenutum est: qui, ut summa haberem cætera:
temporis quidem certe uix satis habui: ut rem tantā, tot contro
uersijs implicatam, possem cognoscere. ita, quod mihi consueuit
in cæteris causis esse adiumento: id quoque in hac causa deficit.
nam quo minus ingenio possum: subsidio mihi diligentiam com
paraui, quæ quanta sit, nisi tempus & spatium datum sit: intelligi
non potest. Quæ quo plura sunt C. Aquili: eò te, & hos, qui tibi
in consilio adsiunt: meliori mente nostra uerba audire oportebit:
ut multis incommodis ueritas debilitata tādem æquitate talium

A

uirorum

uirorum recreetur. Quod si tu iudex nullo præsidio fuisse vide-
 bere contra uim, & gratiā, solitudini, atque inopiæ: si apud hoc
 consilium ex opibus, non ex ueritate causa pendetur: profecto ni-
 hil est iam sanctum, atq; syncerum in ciuitate: nihil quod humili-
 tatem, cuiusquam grauitas & uirtus iudicis consoletur. certe aut
 apud te, & eos qui tibi assunt, ueritas ualebit: aut ex hoc loco re-
 pulsa ui, & gratia, locum ubi consistat, reperire non poterit. Non
 eo dico C. A quili: quo mihi ueniat in dubium tua fides & con-
 stantia: aut quo non ijs, quos tibi aduocasti, uiris electissimis ci-
 uitatis spem summā habere P. Quintius debeat, quid ergo est:
 primum magnitudo periculi summo timore hominem afficit:
 quod uno iudicio de fortunis omnibus decernit. idq; dum cogi-
 tat: non minus saepe ei uenit in mentem pote statis, quam æquita-
 tis tuæ: propterea quod oēs, quorum in alterius manu uita polita
 est: saepius illud cogitant: quid possit is, cuius in ditione ac pote,
 testate sunt: quam quid debeat facere. Deinde habet aduersariū
 P. Quintius uerbo Sex. Neuiū, re uera huiuscætatis homines
 disertissimos, fortissimos, ornatissimos nostræ ciuitatis: qui com-
 muni studio summis opibus Sex. Neuiū defendunt: si id est de
 fendere: cupiditati alterius obtemperare: quo is facilius quem ue-
 lit iniquo iudicio opprimere possit. Nam quid hoc iniuriam aut
 indignius C. A quili dici aut cōmemorari potest: quam me, qui
 caput alterius, famam, fortunasq; defendam: priore loco causam
 dicere: cum præsertim Q. Hortensius qui hoc iudicio partes ac-
 cusatoris obtinet, contra me sit dicturus: cui summam copiam fa-
 cultatemq; dicendi natura largita est. Ita fit, ut ego qui tela de-
 pellere, & uulneribus mederi debeam: tum id facere cogar: cum
 etiam telum aduersarius nullum iecerit. illis autem id tempus im-
 pugnandi detur: cum & uitandi illorum impetus potestas adem-
 ptanobis erit: & si qua in re, id quod parati sunt facere: falsum cri-
 men

Q V I N T I O

men, quasi ueneratum aliquod telū iecerint: medicinæ facienda
 locus non erit. Id accidit Prætoris iniuitate, & iniuria; primum
 quod contra omnium consuetudinem, iudicium prius de probro,
 quam de re maluit fieri. deinde quod ita constituit id ipsum iudi-
 cium: ut reus, ante quam uerbum accusatoris audisset, causam
 dicere cogeretur. quod eorum gratia, & potentia factum est: qui
 quasi sua res, aut honos agatur: ita diligenter Sex. Neuij studio
 & cupiditati morem gerunt: & in eiusmodi rebus opes suas ex-
 periuntur: in quibus quo plus propter uirtutem nobilitatemque
 possunt: eo minus quid possint, debent ostendere. Cum tot tan-
 tisq; difficultatibus affectus atq; afflictus in tuam C. Aquili fi-
 dem, ueritatem, misericordiam P. Quintius confugerit: cum ad-
 huc ei propter uim aduersariorum non fuis par, non agendi po-
 testas eadem, nō magistratus æquus reperiri potuerit, cū ei sum
 mam per iniuriam omnia inimica atq; infesta fuerint, te C. Aqui-
 li, uoscq; qui in consilio adestis, orat atq; obsecrat, ut multis iniu-
 rijs iactatam atq; agitatam æquitatem, in hoc tandem loco consi-
 stere, & confirmari patiamini. Id quo facilius facere possitis: da-
 bo operam, ut à príncípio res quemadmodum gesta & contra-
 facta sit, cognoscatis. C. Quintius fuit P. Quintij huius frater: sa-
 nè ceteraq; rex pater familias & prudēs & attentus, una in re pau-
 lominus consideratus, qui societatem cum Sex. Neuij fecerit, ui-
 ro bono, ueruntamen non ita instituto, ut iura societatis, & offi-
 cia certi patris familias nosse posset: nō quo ei deesset ingenium,
 nam neque parum facetus scurra Sex. Neuij, necq; inhumanus
 præco est unquam existimatus. quid ergo est: cum ei natura ni-
 hil melius quam uocem dedisset, pater nihil præter libertatem re-
 liquisset, uocem in quaestum contulit, libertate usus est, quo im-
 punius dicax esset: quare quod socium tibi eum uelles adiunge-
 re, nihil erat, nisi ut in tua pecunia condisceret, qui pecunia fru-
 10
 15
 20
 25

A ij ctus

Etus esset, tamen inductus consuetudine ac familiaritate Quin-
 tius fecit, ut dixi, societatem earum rerum, quæ in Gallia com-
 rabantur: erat ei pecuaria res ampla, & rustica sanè bene culta, &
 fructuosa: tollitur ab atrijs Liciinijs atq; à præconum confessu in
 Galliam Neuius, & trans alpes usq; transfertur. Fit magna muta-
 tio loci, non ingenij. Nam qui ab adolescentulo quæstum sibi in-
 stituisse sine impendio: posteaquam nescio quid impedit, & in
 commune contulit, mediocri quæstu contentus esse non po-
 rat. Nec mirum, si is qui uocem uenalem habuerat, ea quæ uoce
 quæsuerat, magno sibi quæstui fore putabat. Itaq; hercule haud
 mediocriter de communī quicquid poterat, ad se in priuatam do-
 mum seuocabat; qua in re ita diligens erat, quasi ij, qui magna si-
 de societatem gererent, arbitrij pro socio condemnari solerent.
 Verū his de rebus non necesse habeo dicere ea, quæ me P. Quin-
 tius cupit commemorare: tametsi causa postulat; tamen quia po-
 stulat, non flagitat, præteribo. Cum annos iam complures socie-
 tas esset, & cum saepe suscepimus Quintio Neuius fuisset, neq; ita
 commode posset rationem reddere earum rerum, quas libidine,
 non ratione gesserat moritur in Gallia Quintius, cum adesset
 Neuius: & moritur repentinō, hæredem testamento reliquit huc
 P. Quintium, ut ad quem summus mœror morte sua ueniebat,
 ad eundem summus honos quoq; perueniret: quo mortuo, nec
 ita multo post, in Galliā proficiscitur Quintius, ibi cum isto Ne-
 uiu familiariter uiuit; annum ferè unā sunt, cum & de societate in-
 ter se multa communicarent, & de tota illa ratione atq; re Gallica
 na, neq; interea uerbum ullum interposuit Neuius, aut societate
 sibi quipiam debere, aut priuatim Quintium debuisse. Cum æ-
 ris alieni aliquantulum esset relictum, quibus nominibus pecu-
 niā Romæ curari oporteret: auctionem in Gallia P. hic Quin-
 tius Narbone se facturum esse proscribit; earum rerū, qua ipsius
 erant

Q V I N T I O.

erant priuatae. Ibi tum uir optimus Sex. Neuius hominem multis
 verbis deterret ne auctionetur: eum non ita commode posse eo
 tempore quæ proscripsisset uendere, Romæ sibi nummorum fa-
 cultatem esse, quam, si saperet, communem existimaret, pro fra-
 terna illa necessitudine, & pro ipsius affinitate: nam P. Quintij
 consobrinā habet in matrimonio Neuius, & ex ea liberos. Quia
 quod uirum bonū facere oportebat, id loquebatur Neuius, cre-
 didit Quintius, eum qui orationem bonorum imitaretur: facta
 quoq; imitaturum, auctionem uelle facere desistit, Romanam pro-
 ficiuntur: decedit ex Gallia Romam simul Neuius, cum pecunia
 C. Quintius P. Scapulæ debuisset: per te C. Aquili decidit P.
 Quintius, quod liberis eius dissolueret. Hoc eò per te agebatur,
 quod propter ærarium rationem non satis erat in tabulis inspe-
 xisse quantum deberetur, nisi à Quæstoribus quesisset quantum
 solueretur: decidis, statuisq; tu propter necessitudinem, quæ tibi
 cum Scapulis est, quid ijs ad denarium solueretur. Haec omnia
 Quintius agebat auctore & cōsulatore Neuiō: nec mirum, si eius
 10 utebatur cōsilio, cuius auxilium sibi paratum putabat. non mo-
 do enim pollicitus erat in Gallia, sed Romę quotidie, simulacrum
 sibi hic annuisset, numeraturum se dicebat. Quintius porro istū
 15 post facere uidebat, debere intelligebat, mentiri, quia causa cur-
 mentiretur non erat, non putabat: quasi domi nummos haberet,
 ita constituit Scapulis se daturum: Neuium certiorem facit, ro-
 gat ut curet quod dixisset. Tū iste uir optimus (uereor ne se de-
 rideri putet, quod iterum iam dico optimus) qui hunc in sum-
 mas angustias adductum putaret, ut eum suis conditionibus in
 ipso articulo temporis astringeret: assēm sese negat daturum, nisi
 prius de rebus rationibusq; societatis omnibus decidisset, & scis-
 set sibi cum Quintio controversiae nihil futurum. Posterius inq;
 ista uidebimus. Quintius, nunc hoc uelim cures (si tibi uidetur)

A iiij quod

quod dixisti. negat se alia ratione facturū: quod promisisset, non
 plus sua referre, quām si, cum auctionem uenderet, domini iussu
 quippiam promisisset. Destitutiōe illa perculsus Quintius, à Sca-
 pulis paucos dies aufert, in Galliam mittit, ut ea quæ proscripto-
 rat, uenirent. Deteriore tēpore absens auctionatur: scapulis diffi-
 ciliorē conditione dissolutū: tunc appellat ultro Neuium, ut, quo
 niam suspicaretur aliqua de re fore controuersiam, uideret ut q̄
 primum & quām minima cum molestia tota res transigeretur.
 Dat iste amīcum M. Trebellium, nos communem necessarium
 qui istius domi erat educatus, & quo utebatur iste plurimū, pro-
 pinquum nostrum Sex. Alphenum. Res cōuenire nullo modo
 poterat, propterea, quod hic mediocrem iacturam facere cupie-
 bat: iste mediocri p̄r̄da contentus non erat: itaq̄ ex eo tempore
 res esse in uadimonium cœpit. Cū uadimonia s̄pē dilata essent.
 Et cum aliquantum temporis in ea re esset consumptum, neque
 quicquam perfectum esset: uenit ad uadimonium Neuius. Obse-
 cro C. A quili, uosq̄ qui adestis in consilio, ut diligenter attenda-
 tis, ut singulare genus fraudis, & nouam rationem insidiarum co-
 gnoscere possitis. ait se auctionatum esse in Gallia, quod sibi ui-
 deretur, se uendidisse, curasse ne quid sibi societas deberet, se iam
 necq̄ uadari amplius, necq̄ uadimonium promittere, si quid age-
 re secum uelit Quintius, nō recusare. Hic cum rem Gallicanam
 cuperet reuise, hominem in præsentia non uadatur: ita sine ua-
 dimonio disceditur, deinde Romæ dies XXX ferè Quintius cō-
 moratur, cum cæteris quæ habebat uadimonia differt, ut expe-
 ditus in Galliam proficiisci posset. Proficiscitur: Roma egreditur
 ante diem IIII Cal. Februarij Spurione & Norbano Consul.
 quæso ut eum diem memoriae mandetis. L. Albius Sex. filius
 Quirinas, uir bonus & comprimis honestus una profectus est.
 Cum uenissent ad Vada Volaterrana quæ nominantur, uident
 perfamī

Q V I N T I O.

perfamiliarē Neuīj, qui ex Gallia pueros uehales isti adducebat, L. Publicūm, qui ut Romam uenit, narrat Neuīo, quo in loco uiderit Quintium. quod nisi ex Publicio narratum Neuīo esset, non tam cito res in contentionem uenisset. Tum Neuīus ipse, pueros circū amicos dimitit, ipse suos necessarios ab atrījs Licinijs & à faucibus macelli corrogat, ut ad tabulam Sextiam sibi assint hora secunda postridie ueniunt frequentes, testificantur isti P. Quintium non stetisse, & se stetisse. Tabulae maximæ signis hominum nobilium consignantur: disceditur, postulat à Burrieno Prætore Neuīus, ut ex edicto bona possidere liceat: iussit bona proscribi eius, qui cū familiaritas fuerat, societas erat, affinitas liberis istius uiuīs diuelli nullo modo poterat. qua ex re intelligi facile potuit, nullū esse officium tam sanctū atq; solenne, quod non avaricia cōminuere atq; uiolare soleat. Etenim si ueritate amicicia, fide societas, pietate propinquitas colitur, necesse est, iste qui amicū, sociū, affinem, fama ac fortunis spoliare conatus est, uanum se & perfidiosum & impiū esse fateatur. Libellos Sex. Alphenus procurator P. Quintij familiaris & propinquus Sex. Neuīj deīscit, seruulum unum quem iste prehenderat abducit, denunciat se se procuratorem esse, istum æquum esse famæ fortunisq; P. Quintij consulere, & aduētum eius expectare. quod si facere nolit, atq; inhibuerit eiusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere, se nihil precari, & si quid agere uelit, iudicio defendere. Hæc dum Romæ geruntur, Quintius interea contra ius & consuetudinem, edicto Prætoris de saltu agrorum communia à seruis communib; ui detruditur. Existima C. Aquili id, modo & ratione omnia Romæ Neuīum fecisse: si hoc, quod per literas istius in Gallia gestum est: recte atq; ordine factū uidetur. Expulsus atq; electus ē prædio Quintius, accepta insigni iniuria, confugit ad C. Flaccum imperatorem, qui tum erat

erat in prouincia, quem ut ipsius dignitas poscit, honoris gratia
 nomine. Is eam rem quam uehementer vindicandam putarit, ex
 decretis eius poteritis cognoscere. Alphenus interea Romae cu
 isto gladiatore uetulo quotidie pugnabat; utebatur populo sane
 suo, proptera quod iste caput petere non desinebat. Iste postulat
 ut procurator iudicatum solvi satisdaret; negat Alphenus quā
 esse procuratorem satisdare, quod reus satisdare non deberet, si
 ipse adesseret: appellantur Tribuni, à quibus cum esset certum au
 xilium petitum, ita tamen disceditur, ut idibus septembribus P.
 Quintum sisti Sex. Alphenus promitteret. Venit Romam
 Quintius, uadimonium sistit: iste homo acerrimus bonorum
 possessor, expulsor, ereptor, annum & sex mēses nihil petit, qui
 escit, conditionibus hunc quoad potest producit: à Cn. Dol
 bella deniq; Pr̄etore postulat, ut sibi Quintius iudicatum solvi fa
 tisdet, ex formula, quod ab eo petat, quoniam eius ex edicto Prae
 toris Romae bona dies XXX possessa sint: non recusabat Quin
 tius quin ita satisdare iuberet, si bona possessa essent ex edicto:
 decernit, quam æquum nihil dico: unum hoc dico, nouū, & hoc
 ipsum tacuisse mallem, quoniam utrumq; quiuis intelligere po
 tuisset: iubet P. Quintium sponzionem cum Sex. Ne uio facere,
 si bona sua ex edicto P. Burrieni Prae, dies, XXX, possessa non
 essent; recusabant qui aderant tum Quintio, demonstrabāt de re
 iudicium fieri oportere, ut aut uterq; inter se, aut neuter satisda
 ret, non necesse esse famam alterius in iudicium uenire; clamabat
 porrò ipse Quintius, se se iccirco nolle satisdare, ne uideretur iu
 dicasse bona sua ex edicto possessa esse; sponzionem porrò si isti
 usmodi faceret, se (id quod nunc euenit) de capite suo priore lo
 co causam esse dicturum. Dolobella (quemadmodum solent ho
 mines nobiles, seu recte seu perperam facere cōperunt ita in u
 troq; excellunt, ut nemo nostro loco natus assequi posset) iniu
 riam

Nam facere fortissime perseverat: aut satisfidare, aut spōnsionem
tubet facere, & interca recusantes nostros aduocatos acerrime
submoueri. Cōturbatus sanè discedit Quintius, nec mīrum cui
hāc optio tam misera tamq; iniqua daretur, ut aut ipse se capitū
damnaret, si satis dedisset; aut causam capitū, si sponsionē fecisset,
priorē loco diceret. Cum in altera re causā nihil esset, quin secus
iudicaret ipse de se, quod iudicium grauiissimū est: in altera spes
esset ad talem tamen uirum iudicem ueniendi, unde eo plus opis
auferret, quo minus attulisset gratiæ, sponsionem facere maluit.
fecit, te iudicē C. Aquili sumpliit, ex spōso egit. In hoc summa iu-
dicij causaq; tota consistit. Iudicium esse C. Aquili non de re pe-
cuniaria, sed de fama fortunisq; P. Quintij uides, cū maiores ita
constituerint, ut qui pro capite diceret, is posteriore loco diceret,
nos inaudita criminatione accusatorum, priorē loco causam di-
cere intelligis. Eos porrò qui defendere consuerunt uides accusa-
re, & ea ingenia conuerti ad perniciem, quæ antea uersabātur in
salute atq; auxilio ferendo. Illud etiam restiterat, quod hesterno
die fecerunt, ut te in ius adducerent, ut nobis tempus quādiu di-
ceremus, prēstitueres. Quam rem facile à Prētore impetrassent,
nisi tu quod esset tuum ius & officiū, potestasq; docuisses. Necq;
nobis adhuc præter te quisquā fuit, ubi nostrum ius contra illos
obtinemeremus: nec illis unquā latē fuit illud obtinere, quod pro-
bari omnibus posset. Ita sine iniuria potentia leuem atq; inopem
esse arbitrantur. Verum quoniam tibi instat Hortensius, ut eas
in consilium à me postulat, ne dicendo tempus absumam, querit
priorē patrono caussam defendēte, nunquam perorari potuisse,
non patiar istā manere suspicionem, nos rem iudicari nolle. Nec
illud mihi arrogabo, me posse causam commodius demonstrare
quam antea demonstrata sit: nec tamē tam multa uerba faciam,
Propterea quod & ab illo qui tum dixit informata iam causa est,

& à me qui neq; excogitare, neque pronunciare multa possunt
 breuitas postulatur: quæ mihi met ipsi amicissima est. Faciam
 quod te s̄epe animaduerti facere Hortensi: totam causæ meæ di-
 citionem certas in partes diuidam. tu id semper facis: quia semper
 potes. ego in hac causa faciā: propterea quod in hac uideor posse
 facere. quod tibi natura dat: ut semper possis: id mihi causa dat: ut
 hodie possim. certos mihi fines terminosq; cōstituam: extra quos
 egredi non possum: si maxime uelim: ut & mihi sit propositum
 de quo dicam: & Hortensius habeat exposita, ad quæ respondeat:
 & tu C. Aquili iam ante animo prospicere possis, quibus de re-
 bus auditurus sis. Negamus te bona P. Quintij Sexte Neui posse
 disse ex edicto Prætoris. In eo sponsio facta est. Ostendam pri-
 mū causam non fuisse, cur à Prætore postulares, ut bona P. Quin-
 tij possideres. deinde ex edicto te possidere non potuisse. poste-
 mo non possedisse. Quælo C. Aquili uosq; qui estis in consilio:
 ut quid pollicitus sim, diligenter memoriae mandetis. Etenim
 rem facilius totam accipietis, si hæc memineritis: & me facile ue-
 stra existimatione reuocabitis: si extra hos cancellos egressi cona-
 bor, quos mihi ipse circundedi. Nego fuisse causam cur postula-
 ret, nego ex edicto possidere potuisse. nego postedisse. hæc tria
 cum docuero: perorabo. Non fuit causa cur postulares, qui hoc
 intelligi potest: quia Sex. Neui neq; ex societatis ratione, neq;
 priuatim quicquā debuit Quintius. quis huic rei testis est: idem
 qui acerrimus aduersarius, in hac re te inquam testem Neui. cito
 bo. annum & eo diutius post mortem C. Quintij fuit in Gallia
 tecum simul Quintius: doce te petiisse ab eo istam nescio quam
 innumerabilem pecuniam: doce aliquando mentionem fecisse:
 dixisse deberi: debuisse concedam. moritur C. Quintius: qui ti-
 bi, ut aīs, certis nominibus grandem pecuniā debuit. hæres eius.
 P. Quintius in Gallia ad teipsum uenit in agrum cōmunem: ec-
 deniq;

Q V I N T I O:

deniq; ubi non modo res erat: sed ratio quoq; omnis, & omnes
 literæ, quis tam dissolutus in re familiaris fuisset: quis tam negli-
 gens: quis tam tui Sexte dissimilis: qui, cum res, ab eo, qui cum
 contraxisset, recessisset, & ad hæredem peruenisset: non hæredem
 cum primum uidisset, certiores ficeret: appellaret: rationem
 afferret: si quid in controuersiam ueniret: aut intra parietes, aut
 summo iure experiretur: ita ne est: quod uiri optimi faciunt, si
 qui suos propinquos ac necessarios caros & honestos esse atque
 haberí uolunt: id Sex. Ne uius non ficeret: qui usq; eo feruet fer-
 turq; auaricia, ut de suis commodis uelit aliquam partem amitte-
 re: ne quam partem huic propinquu suo ullius ornamenti relin-
 quat, & is pecuniam si qua deberetur non peteret: qui quia quod
 debitum nunquam est, id datum non est: non pecuniam modo,
 uerum etiam hominis propinquu sanguinem uitamq; eripere co-
 natur, huic tu molestus esse uidelicet noluisti: quem nunc respi-
 rare libere non sinis: quem nunc interficere nefarie cupis: eū tum
 pudenter appellare nolebas: Ita credo: hominem propinquū, tui
 obseruantem, uirum bonum, prudentem, maiorem natu, nole-
 bas, aut non audebas appellare. Sæpe, ut sit, cum ipse te confir-
 masse: cum statuisses de pecunia mentionem facere: cum para-
 tus meditatusq; uenisses: homo timidus, uirginali uerecundia, su-
 bito ipse te retinebas: excidebat repente oratio: cum cuperes ap-
 pellar, non audebas: ne inuitus audiret, id erat profecto, creda-
 mus hoc, Sex. Ne uium, cuius caput oppugnet, eius auribus pe-
 percisse. Si debuisset Sexte, petiſſes statim: si nō statim: paulo qui-
 dem post: si non paulo: at aliquando: sex quidē illis mensibus pro-
 fecto: anno uertente sine controuersia: anno & sex mensibus ue-
 ro, cum tibi quotidie potestas hominis fuisset admonendi: uer-
 bum nullum facis: biennio iam profecto ferè appellas: quistam
 perditus ac profusus nepos, non adesa iam, sed abundantia pe-

B ij cunia

cunia sic dissolutus fuisset: ut fuit Sex. Neuius: cum hominem
 nomino, satis mihi videor dicere. Debuit tibi C. Quintius, nun
 quam petisti, mortuus est ille, res ad haeredem uenit, cum eum quo
 tidie uideres, post biennium denique appellas, dubitabitur utrum
 sit probabilius, Sex. Neuium statim si quid deberetur, petiturum
 fuisse: an ne appellaturum quidem biennio: appellandi tem-
 pus non erat: at tecum anno plus uixit, in Gallia agi non potuit:
 at & in prouincia ius dicebatur, & Romae iudicia siebant. Re-
 stat, ut aut summa negligētia tibi obstererit, aut unica liberalitas.
 20 Si negligentiam dices, mirabimur: si bonitatem, ridebimus: neque
 præterea quid possis dicere inuenio. Satis est argumēti nihil esse
 debitum Neuiū, quod tam diu nihil petiuit. Quid si hoc ipsum
 quod nunc facit ostendo testimonio esse, nihil deberi: quid em
 nunc agit Sex. Neuius: qua de re controuersia est: quod est hoc
 25 iudicium, in quo iam biennium uersamur: quid negotij geritur,
 in quo ille tot & tales uiros defatigat: pecuniam petit, nunc de-
 nicet: ueruntamen petit: audiamus: de rationibus & controuer-
 sijs societatis uult dījudicari: sero, uerum aliquando tamen, con-
 cedamus. Non inquit id ago C. Aquili, neque in eo nunc laboro:
 30 pecunia mea tot annos utitur P. Quintius: utatur sane, non peto:
 quid igitur pugnas: an, quod saepe multis in locis dixisti, ne in
 ciuitate sit: ne locum suum quem adhuc honestissime defendit,
 obtineat: ne numeretur inter uiuos: decernat de uita & orna-
 mētis suis omnibus: apud iudicem causam priore loco dicat: &
 35 eam cum orarit: tum denique uocem accusatoris audiat: quid
 hoc quo pertinet: ut ocius ad tuum peruenias: at, si id uelles,
 iam pridem actum esse poterat, ut honestiore iudicio conflicte-
 re: at sine summo scelere P. Quintium propinquum tuum iugu-
 lare non potes. ut facilius iudicium sit: at neque C. Aquilius de
 capite alterius libēter iudicat: & Q. Hortensius cōtra caput non
 didicit

Q V I N T I O :

didicit dicere. Quid à nobis autem C. A quili refertur? pecuniam petit, negamus deberi: iudicium fiat statim, non recusamus: nunquid præterea? si ueretur, ut res iudicio facta parata sit, iudicatum solui satis accipiat: quibus à me uerbis satis accipiet, ijsdem ipse quod peto, satisdet: actum iam potest esse C. Aquili, iam tu potes discedere liberatus molestia propè dicam non minore, quam Quintius, Quid agimus Hortensi? quid de hac conditione dicimus? possumus aliquando depositis armis, sine periculo fortunarum, de re pecuniaria disceptare? possumus ita rem nostram perseguiri: ut hominis propinquai caput in columnam esse patiamur? possumus petitoris personam capere? accusatoris deponere? immo inquit abs te satis accipiam, ego autem tibi non satisdabo. Quis tandem nobis ista iura tam æqua describit? quis hoc statuit? quod æquum sit in Quintium, id iniquum esse in Neuitū? Quintij bona inquit ex edicto prætoris possessa sunt. Ergo id ut confitear, postulas ut quod nunquam factū esse iudicio defendimus, id perinde quasi factum sit nostro iudicio confirmemus. Inueniri ratio C. A quili non potest, ut ad suum quisq; quām primum sine cuiusquam dedecore, infamia, perniciēt perueniat? profecto siquid deberetur, peteret: non omnia iudicia fieri mallet, quām unum illud unde hæc omnia iudicia nascuntur. Qui inter tot annos ne appellarit quidem Quintium, cum potestas esset agendi quotidie: qui quo tempore primū male age re coepit, in uadimonij differendis tempus omne consumplerit: qui postea quoq; uadimonium missum fecerit, hunc per insidias ui de agro communi deiecerit: qui cum de re agendi nullo recuante potestas fuisset, sponsonem de probro facere maluerit, qui cum reuocetur ad id iudicium unde hæc nata sunt omnia, conditionem æquissimam repudiet, fateatur se non pecuniā, sed uitam & sanguinem petere; is nō hoc palam dicit? mihi siquid debetur?

B iii

beretur:

beretur peterem: atq; adeo iam pridem abstulisse: nihil hoc tam
 to negocio, nihil tam inuidioso iudicio, nihil tam copiosa aduo-
 catione uterer: si petendum esset, extorquendum est inuito arq;
 ingratis: quod non debet, eripiendum atq; exprimendum est: de-
 fortunis omnibus P. Quintius deturbandus est: potentes, diserti,
 nobiles omnes aduocandi sunt: adhibenda uis est ueritati: mina
 iacentur: pericula intendantur: formidines opponantur: ut his
 rebus aliquando uictus & perterritus ipse cedat, que me hercule
 omnia, cum qui contra pugnet, uideo: & cum illum confessum
 considero: adesse atq; impendere uidentur, neq; uitari ullo mo-
 do posse, cum autem ad te C. Aquili oculos animumq; retuli:
 quo maiore conatu studioq; aguntur: eo leuiora infirmioraque
 existimo. Nihil igit debuit: ut tu ipse prædicas, quid: si debuisset:
 continuo ne causa fuisse: cur a Prætore postulares: ut bona possi-
 deres: non opinor id quidem, neq; ius esse: neq; cuiquam expe-
 dire, quid igitur demostras: uadimonium sibi ait esse desertum.
 Ante quam doceo id factum nō esse: libet mihi C. Aquili ex offi-
 ciij ratione, atq; ex omnium consuetudine rem ipsam & factum
 simul Sex. Neuij considerare. Ad uadimonium nō uenerat ut ait,
 is: qui cum tibi affinitas, societas, omnes deniq; cause, & necessi-
 tudines ueteres intercedebant, illico ne ad Prætorē ire conuenit:
 continuo ne uerum fuit postulare: ut ex edicto bona possidere li-
 ceret: ad hæc extrema & inimicissima iura tam cupide decurre-
 bas: ut tibi nihil in posterum, quod grauius atq; crudelius face-
 re posses, reseruares. Nā quid homini potest turpius, quid uero
 miserius, aut acerbius usu uenire: quod tam eueniare dedecus:
 quæ tanta calamitas inueniri potest: pecuniam si cuiquam fortu-
 na ademit: aut si alicuius eripuit iniuria: tamen dum existimatio
 est integra, facile consolatur honestas egestatem. at nō nemo aut
 ignominia affectus, aut iudicio turpi couiclus, bonis quidē suis
 uititur:

uitur: alterius opes, id quod miserrimum est: non expectat, hoc
tamen in miseris adiumento & solatio subleuatur, cuius uero bo-
na uenierunt: cuius non modo illæ amplissimæ fortunæ, sed etiā
uictus uestitusq; necessarius sub precone cū dedecore subiectus
est: is non modo ex numero uiuorum exturbatur: sed, si fieri po-
test: infra etiā mortuos mandatur. Etenim mors honesta sepe ui-
tam quoq; turpem exornat: uita turpis ne morti quidē honestæ
locum relinquit. Ergo hercule cuius bona ex edicto possidetur:
huius omnis fama, & existimatio cum bonis simul possidetur, de
quo libelli in celeberrimis locis proponuntur: huic ne perire qui-
dem certe tacite obscureq; conceditur, cui magistri fiunt: & do-
mini constituuntur, qui qua lege, & qua conditione pereat, pro-
nunciat: de quo homine præconis uox prædicat: & precium con-
sicit: huic acerbiſſimum uiuo uidentiq; funus ducitur: si funus id
habendum sit, quo non amici conueniunt ad exequias cohene-
standas: sed bonorum emptores, ut carnifex, ad reliquias uite la-
cerandas, & distrahabēdas. Itaq; maiores nostri raro id accidere uo-
luerunt: Prætores, ut considerate fieret, cōparauerunt, uiri boni
cum palam fraudantur: cum experiundi potestas non est: timide
tamen & pedetentim istuc descendūt, ui ac necessitate coacti, in-
uiti, multis uadimonij desertis, sepe illusi ac destituti. Considerat
enim quid & quantum sit, alterius bona proscribere, iugulare ci-
uem ne iure quidem quisquā bonus uult, mauult enim cōmemo-
rare se, cum posset perdere, pepercisse: quam cum parcere potue-
rit: perdidisse. hæc in homines alienissimos, deniq; inimicissimos,
uiri boni faciūt, & hominum existimationis, & cōmuniſ huma-
nitatis causa: ut cum ipsis nihil alteri sciētes incommodarint: nihil
ipsis iure incommodi cadere possit. Ad uadimonium non uenit.
Quis: propinquus, si res ista grauissima sua sponte uideretur: ta-
men eius atrocitas necessitudinis nomine leuaretur, Ad uadi-
monium

monium nō uenit: quis? socius: etiam grauius aliquid ei deberes
 concedere, qui cum te aut uoluntas congregasset, aut fortuna cō
 iunxisset. Ad uadimonium non uenit: quis? is qui tibi praesto
 semper fuit. Ergo in eum qui semel hoc commisit, ut tibi praesto
 non esset, omnia tela conieciſti, quae parata sunt in eos, qui per
 multa male agendi causa fraudandi fecerunt. Si de prædiſtuis
 ageretur Sex. Neui, si in paruula re captionis aliquid uerere, non
 statim ad C. A quilium, aut ad eorum aliquem, qui consuluntur;
 concurriſſes: cum ius amiciciæ, societatis, affinitatis ageretur; cū
 officiū rationem atq; existimationis duci cōueniret, eo tempore
 tu non modo ad C. A quilium, aut L. Lucullum; sed ne ipse qui
 dem te consulisti, sed ne ipse quidem ad te retulisti, ne hæc qui
 dem tecū locutus es: horæ duæ fuerunt, Quintius ad uadimoni
 um non uenit: quid ago? si me hercule hæc tecum duo uerba
 feciſſes: quid ago? respiraſſet cupiſtas atq; auaricia paululum,
 aliquid loci rationi & consilio dediſſes, tu te collegiſſes, non in eā
 turpitudinem ueniiſſes, ut hoc tibi eſſet apud tales viros confiſ
 dum, qua tibi uadimonium non sit obitum, eadem te hora confiſ
 liū coepiſſe, hominis propinquī fortunas funditus euertere. Ego
 pro te nunc hoc consulο post tempus in aliena re, quod tu in tua
 re, cum tempus erat, consulere oblitus es. Quaro abs te C. Qui
 li, L. Luculle, P. Quintili, M. Marcelli; uadimonium mihi non
 obiit quidam socius et affiniſ meus, qui cum mihi necessitudo ue
 tus, controuersia de re pecuniaria recens intercedit, postulo ne à
 Prætore, ut eius bona mihi possidere liceat: an cum Roma do
 mus eius, uxor, liberi ſint, domum potius denunciem? quid eſt
 quod hac tandem de re uobis poſſit uideri? proſecto ſirecte ue
 stram bonitatem atq; prudential cognoui, non multum me fal
 lit, ſi consulamini, quid ſitis responsuri, prium expectare, dein
 deſi latitare, ac diutius ludificare uideatur, amicos conuenire,
 quarere

Quærere quis procurator sit; domum denunciare, dici uix potest
 quām multa sint; quæ respondeatis ante fieri oportere, quām ad
 hanc rationem extrema necessariam deuenire. Quid ad hæc Ne-
 uius? ridet scilicet nostram amentiam, qui in uita sua rationem
 summi officij desideremus; & instituta bonorum uirorum requi-
 ramus, quid mihi inquit cum ista summa sanctimonia, ac dili-
 gentia? uiderint inquit ista officia uiri boni, de me ista conside-
 rent: non quid habeam? sed quibus rebus inuenierim quarant: &
 quemadmodum natus; & quo pacto educatus sim memini, ue-
 tus est de scurra: multo facilius diuitem quām patrem familias sie-
 riposse. hæc ille si uerbis non audet: re quidem uera palam loqui-
 tur. Etenim si uult uirorum bonorum instituto uiuere: multa o-
 portet discat: atq; dediscat: quorum illi ætati utruncq; difficile est.
 non dubitaui inquit cum uadimonium desertum esset, bona pro-
 scribere, improbe, uerum, quoniam tu id tibi arrogas: & conce-
 di postulas: concedamus. quid si nunquam deseruit? si ista causa
 abste tota per summam fraudem & maliciam facta est? si uadimo-
 nium omnino tibi cum P. Quintio nullum fuit? quo te nomine
 appellemus: improbum? at etiam si desertum uadimonium esset:
 tamen in ista postulatione & proscriptione bonoru*m* improbissi-
 mus reperi ebare. num maliciosum? negas, fraudulentum? iam id
 quidem arrogas tibi: & præclarum putas. audacem, cupidum,
 perfidiosum? uulgaria & obsoleta sunt; res autem noua & inau-
 dita, quid ergo est? uereor me hercule, ne aut grauioribus utar
 uerbis; quām natura fert; aut leuioribus, quām causa postulat, ait
 esse uadimonium desertum. quæsiuit à te statim, ut Romam re-
 dit Quintius: quo die uadimonium istuc factum esse dices, re-
 spondisti nonis Februarij, discedens in memoriam redit Quintius;
 quo die Roma in Galliam prosectorus sit; ad ephemeridem
 reuertitur; inuenitur dies prosectionis, pridie Calend. Februarij.

C nonis

nonis Februarij si Romæ fuit: causæ nihil dicimus: quin tibi ut
 dimonium promiserit. quid? hoc inueniri qui potest? profectus
 est una L. Albius homo cum primis honestus. dicit testimoniu.
 prosecuti sunt familiares & Albius & Quintius. dicent hi quoq;
 testimonium. literæ P. Quintij: testes tot: quibus omnibus causa
 iustissima est, cur scire potuerint: nulla, cur mentiantur: cum à sti
 pulatore tuo comparabuntur. & in hac eiusmodi causa P. Quintius
 laborabit? & diutius in tanto metu miser periculoq; uerberab
 tur? & uehementius eum gratia aduersarij perterrebit? quā si
 des iudicis cōsolabitur: Vixit enim semper inculte atq; horride:
 natura tristi ac recondita fuit: nō ad solarium, non in campo, non
 in conuiuijs uersatus est: id egit, ut amicos obseruantia, rem par
 simonia retineret; antiquam officij rationem dilexit: cuius splen
 dor om̄is his moribus obsoleuit. At si in causa pari discedere in
 ferior uideretur: tamen esset non mediocriter conquerendū, nūc
 in causa superiore: ne ut par quidem sit, postulat: inferiorem esse
 patitur: duntaxat usq; eo, ne cum bonis, fama, fortunisq; omni
 bus Sex. Neuij cupiditatē crudelitatisq; dedatur. Docui quod pri
 mum pollicitus sum C. Aquili: causam omnino cur postularet,
 non fuisse: quod neq; pecunia debebatur: & si maxime deberet,
 commissum nihil esset, quare ad istam rationem perueniretur.
 Attende nūc, ex edicto Prætoris, bona P. Quintij possidere nul
 lo modo potuisse. Tracta edictum. QVI FRAUDATIONIS
 CAUSA. Non est is Quintius, nisi latitarit, qui ad negocium
 suum relicto procuratore proficiscitur. CVI HAERES NON
 EXTABIT. Ne is quidem. QVI EXILII CAUSA SO
 LVM VERTERIT.

Quo tempore existimas oport
 enisse Neui absentem Quintium defendi: aut quomodo tum,
 cum

Cum postulabas, ut bona possideres, nemo adfuit. neque enim
 quisquam diuinare poterat, te postulaturum. neq; quenquam at-
 tinebat id recusare: quod Præ, non fieri, sed ex edicto suo fieri iu-
 bebat, qui locus igitur absentis defendendi procuratori primus
 datus est: cum proscribebas, ergo affuit: non passus est: libellos
 deiecit Sex. Alphenus, qui primus erat officij gradus, seruatus
 est à procuratore summa cum diligentia. Videamus quę deinde
 sunt consecuta, hominem P. Quintij deprehendis in publico: co-
 naris abducere: non patitur Alphenus: ui tibi ademit: curat ut do-
 cum reducatur ad Quintium. hic quoq; summe constat procu-
 ratoris diligētis officium. Debere tibi dicas Quintium: procura-
 tor negat. uadari uis: promittit, in ius uocas: sequitur, iudicium
 postulas: non recusat. quid aliud sit absentem defendi: ego non
 intelligo. At quis erat procurator: credo aliquem electum ho-
 minem, egentem, litigiosum, improbum: qui posset scurræ di-
 uitias quotidianum conuicium sustinere, nihil minus. Eques Ro-
 ma, locuples, sui negotijs bene gerens, deniq; is, quem quotiens
 Neuius in Galliam profectus est, procuratorem Romæ reliquit:
 & audes Sex. Neui negare absentem defensum esse Quintium:
 cum eum defenderit idem, qui te solebat: & cum is iudicium ac-
 ciperet pro Quintio, cui tu & rem & famam tuam commenda-
 re proficisciens, & concedere solebas: conaris hoc dicere, ne-
 minem extitisse qui Quintium iudicio defenderet. postulabam
 inquit ut satisdaret, iniuria postulabas: ita uidebare: recusabat
 Alphenus. ita: uerum Prætor decernebat. tribuni igitur ap-
 pellabantur. hic te inquit teneo: non est istud pati: neque iu-
 dicio defendere: cum auxilium à Tribunis petas. Hoc ego, cum
 attendo qua prudentia sit Hortensius, dicturum esse eum non
 arbitror: cum autem antea dixisse audio, & causam ipsam con-
 sidero: quid aliud dicere possit, non reperio. fatetur enim libellos

C ij Alphenum

Alphenum deieuisse: uadimonium promisisse: iudicium quin
 acciperet in ea ipsa uerba, quæ Neuius edebat, non recusasse: ita
 tamen more & instituto per eum magistratū, qui auxilij causa
 cōstitutus est. Aut hæc facta nō sint, necesse est: aut C. Aquilius
 talis uir iuratus hoc ius in ciuitate constituat: cuius procurator
 non omnia iudicia acceperit: quæ quisq; in uerba postularit: ca-
 ius procurator à Prætore ad Tribunos appellare ausus sit: eum nō
 defendi, eius bona recte possideri posse: ei misero, absenti, ignaro
 fortunarum suarum, omnia uitæ ornamenta per summum dede-
 cus, & ignominiam diripi conuenire, quod si probari nemini po-
 test, illud certe probari omnibus necesse est: defensum esse iudi-
 cio absentem Quintum. Quod cum ita est: ex edicto bona pos-
 sessa non sunt. At enim Tr. pl. ne audierunt quidem, fateor, si ita
 est, procuratore decreto Pr. R. oportuisse parere, quid si M. Bru-
 tus intercessorum se dixit palam: nisi quid inter ipsum Alphenū
 & Neuium conueniret: uidetur ne intercessisse appellatio Tri-
 bunorum: non moræ sed auxilij causa: quid deinde fit? Alphe-
 nus ut omnes intelligere possent: iudicio defendi Quintum: ne
 qua subesse posset aliena aut ipsius officio, aut huius existimatio-
 ne suspicio: uiros bonos complures aduocat: testatur isto audien-
 te, se pro communi necessitudine id primum petere: nequid atro-
 cius in P. Quintum absentem sine causa facere conetur. Sin autē
 inimicissime atq; infestissime contendere perseueret: se paratum
 esse omni recta atq; honesta ratione defendere, quod petat, non
 deberi. se iudicio, id quod edat, accipere. eius rei conditionisq;
 tabellas obsignauerunt uiri boni complures, res in dubium ueni-
 re non potest, sit rebus omnibus integris, neq; proscriptis, neq;
 possessis bonis, ut Alphenus promittat Neuius sisti Quintum,
 uenit ad uadimonium Quintius, tacet res in controversijs isto ca-
 lumniante biennium, usq; dum inueniretur, qua ratione res ab
 ultata

usitata consuetudine recederet, & in hoc singulare iudicium cau-
 sa omnis cōcluderetur. Quod officium Aquili cōmemorari pro
 curatoris potest, quod ab Alpheno præteritum esse uideatur?
 quid affertur: quare P. Quintius absens negat esse defensus: an
 vero id quod Hortēsium, quia nuper iniecit: & quia Neuius sem-
 per id clamitat: dicturum arbitror: non fuisse Neuius parem certa-
 tionem cum Alpheno, illo tempore, illis dominantibus, quod si
 uelim confiteri: illud opinor concedent: non procuratorem P.
 Quintij neminem fuisse: sed gratiosum fuisse, mihi autem ad uin-
 cendum satis est, fuisse procuratorem: qui cum experiri posset.
 qualis is fuerit: si modo absentem defendebat per ius & magistratu-
 rum: nihil ad rem arbitror pertinere. Erat inquit illarum partium.
 quid n̄c qui apud te esset educatus, quem tu à puero sic institu-
 isses, ut nobili ne gladiatori quidem hæreret: sicut tu semper sum-
 me concupisti. idem uolebat Alphenus. ea re tibi cum eo par con-
 tentio erat. Bruti, inquit, erat familiaris, itaq; is intercedebat. tu
 contra Burri: enī qui iniuriam decernebat: omnium deniq; illo-
 rum, qui tum & poterant per uim & scelus plurimum: & quod
 poterant id audiebant. an omnes tu istos uincere uolebas: qui nūc
 tu ut uincas, tantopere laborant: aude id dicere, non palam, sed
 his ipsis quos aduocasti, tametsi nolo eam rem commemorando
 renouare: cuius omnino rei memoriam omnem tolli funditus ac
 deleri arbitror oportere, unum illud dico: si propter partium stu-
 dium potens erat Alphenus: potentissimus Neuius. si fretus gra-
 tia postulabat aliquid iniquius Alphenus: multo iniquiora Ne-
 uius impetrabat. nec enim inter studium uestrum, quicquam, ut
 opinor interfuit, ingenio, uetusitate, artificio, tu facile uicisti. ut
 alia omittam: hoc satis est. Alphenus cum his, & propter eos pe-
 riit: quos diligebat. tu postquam, qui tibi erant amici, non poten-
 tiant uincere: ut amici tibi essent, qui uincebant: effecisti, quod si

C iii tum

tum par tibi ius cum Alpheno fuisse non putas: quia tamen ali/
 quem contra te aduocare poterat: quia magistratus aliquis repe-
 riebatur, apud quem Alpheni causa consisteret: quid hoc tem-
 pore Quintio statuendum est: cui neq; magistratus adhuc &
 quis inuentus est: neq; iudicium redditum est usitatum: no con-
 ditio, non sponsio, non deniq; illa unquam intercessit postula-
 tio, mitto æqua: uerum ante hoc tempus, ne fando quidem audi-
 ta. De re pecuniaria cupio contendere, non licet. At ea contro-
 uersia est, nihil ad me attinet: causam capitatis dicas oportet. accu-
 sa: ubi ita necesse est, non inquit, nisi tu ante nouo modo priore
 loco dixeris, dicendum necessario est, restituendæ horæ ad arbit-
 trium nostrum. Iudex ipse arcessetur. Quid tum: tu aliquem pa-
 tronum inuenies hominem antiqui officij, qui splendorem no-
 strum & gratiam negligat? Pro me pugnabit L. Philippus, elo-
 quentia, grauitate, honore, florentissimus ciuitatis: dicet Hor-
 tensius excellens ingenio, nobilitate, existimatione: aderunt au-
 tem homines nobilissimi, ac potentissimi: quorum frequen-
 tiam & confessum non modo P. Quintius qui de capite decer-
 nit: sed quiuuis, qui extra periculum sit, perhorrescat. Hæc est ini-
 20 qua certatio: non illa qua tu contra Alphenum equitabas, huic
 ne ubi consisteret quidem contra te locum reliquisti. Quare aut
 doceas oportet, Alphenum negasse se procuratorem esse, non
 deiecisse libellos, iudicium accipere noluisse: aut, cum hæc facta
 sint, ex edicto te bona P. Quintij non possedisse concedas. Ete-
 nim si ex edicto possedisti: quaro cur bona non uenierint? cur
 cæteri sponsores & creditores non conuenerint? nemo ne fuit
 cui deberet Quintius? fuerunt: & complures fuerunt: propterea
 quod C. frater aliquantum æris alieni reliquerat, quid ergo est?
 homines crant ab hoc omnes alienissimi: & his debebatur: neq;
 tamen quisquam inuentus est tam insignite improbus: qui uiola-
 re P.

te P. Quintij existimationē absens auderet. unus fuit, affinis, so
 cius, necessarius, Sex. Neuius: qui, cum ipse ultro deberet: quasi
 eximio præmio sceleris exposito, cupidissime cōtenderet: ut per
 se afflictum aq̄ euersum propinquum suum non modo hone-
 ste partis bonis, uerum etiam communī luce priuaret. Vbi erant
 cæteri credores? deniq̄ hoc tempore ubi sunt? quis est qui frau-
 dationis causa latuisse dicat? quis qui absentem defensum neget
 esse Quintium? nemo inuenitur. at contrā omnes, quibus cum
 ratio huic aut est, aut fuit: assunt: defendunt: fides huius multis lo-
 cis cognita, ne perfidia Sex. Neuij derogetur, laborant. In huius-
 modi sponzionem, testes dare oportebat, ex eo numero, qui hæc
 dicerebant: uadimonium mihi deseruit; me fraudauit; à me nominis
 eius, quod inficiatus esset, diem petiuit: ego experiri non potui:
 latitauit: procuratorem nullum reliquit. horum nihil dicitur: pa-
 rantur testes, qui hæc dicant. uerum opinor uiderimus, cum di-
 xerint, unum tamen hoc cogitent: ita se graues esse: ut, si ueri-
 tam uolent retinere: grauitatem possint obtainere. si eam ne-
 gligent: ita leues sint, ut omnes intelligent, non ad obtainendum
 mendacium, sed ad uerum probandum, authoritatem adiuua-
 re. Ego hæc duo quero: primum qua ratione Neuius suscep-
 tum negocium non transegerit: hoc est, cur bona, quæ ex edi-
 cto possidebat, non uendiderit. deinde cur ex tot creditoribus
 alijs ad istam rationem nemo accesserit: ut necessario confitea-
 re: necq; eorum tam temerarium quenquam fuisse: necq; teipsum
 id quod turpissime suscepisses, perseverare & trāsigere potuisse.
 Quid si tu ipse Sex. Neui statuisti bona P. Quintij ex edicto pos-
 sella non esse: opinor tuum testimonium, quod in aliena re leue
 esset: id in tua, quoniam contra te est, grauissimum debet esse.
 Emisti bona Sex. Alpheni L. Sylla Dictatore uendente: socium
 tibi in huius bonis edidisti Quintium, plura nō dico, cum eo tu
 uolunta-

uoluntariam societatem coibas : qui te in hæreditaria societate
 fraudarat: et eum iudicio tuo comprobabas: quē spoliatum fama
 fortunisq; omnibus arbitrabare. Diffidebā me hercule C. Aqui
 li satis animo certo & confirmato me posse in hac causa consiste-
 re. sic cogitabam: cum contra dicturus esset Hortensius: & cum
 esset attente auditurus Philippus: fore, uti permultis in rebus tñ
 more prolaberer. dicebam huic Q. Roscio, cuius soror est cum
 P. Quintio: cum à me peteret: & summe contenderet: ut propin-
 quum suum defenderem: mihi perdifficile esse contra tales orato-
 res non modo tantam causam perorare, sed omnino uerbum fa-
 cere conari. cum cupidius instaret: homini pro amicicia familia-
 riū dixi: mihi uideri ore durissimo esse: qui præsente eo gestum
 agere conaretur. qui uero cum ipso contenderent: eos etiam si-
 quid antea recti aut uenusti habere uisi sunt: id amittere. nequid
 mihi eiusmodi accideret: cum contra talem artificem dicturus
 essem: me uereri. tum mihi Roscius & alia multa confirmandi
 mei causa dixit: & me hercule si nihil diceret: tacito ipso officio,
 & studio, quod habebat erga propinquum suum: quemuis com-
 moueret. Etenim cum artifex eiusmodi sit: ut solus dignus uidea-
 tur esse: qui in scena spectetur: tum uir eiusmodi est: ut solus di-
 gnus uideatur: qui eo non accedat. Veruntamen, quid si inquit
 habes eiusmodi causam: ut hoc tibi planum sit faciendum: nem-
 nem esse: qui possit biduo, ad summum triduo, septingenta milia
 passuum ambulare: tamen ne uereris ut possis haec contra Hor-
 tensium contendere: minime inquam, sed quid id ad rem: nimi-
 rum inquit in eo causa consistit, quomodo docet me eiusmodi
 rem & factum simul Sex. Neuī: quod si solum proferretur satis
 esse deberet. Quod, abs te C. Aquili, & à uobis q; adestris in con-
 silio, quæso, ut diligenter attendatis: profecto intelligetis, illinc
 ab initio cupiditatem pugnasse, & audaciam: hinc ueritatem, &
 pudorem

pudorem, quoad potuerit, restitisse. Bona postulas, ut ex editio
ne possidere liceat, quo die et te ipsum Neui uolo audire: uolo
inauditum facinus, ipsius, qui id commisit, uoce conuinci, dic
Neui diem, ante V. Calen, intercalares, bene agis, quam longe
est hinc in saltum uestrum Gallicanum? Neui te rogo, DCC.,
millia passuum, optime, de saltu deijcitur Quintius, quo die?
possimus hoc quoque ex te audire? quid taces? dic inquam
diem, pudet dicere, intelligo, verum, & sero, & nequicquam
puder, Dejicitur de saltu C. Aquili pridie Calen, intercalares,
biduo post, aut, ut statim de iure aliquis concurrerit: non toto
triduo DCC millia passuum conficiuntur. O rem incredibi
lem! O cupiditatem inconsideratam! O nuncium uolucrem.
administri & satellites Sex, Neui Roma transalpes in Sebusia
nos biduo ueniūt. O hominem fortunatum; qui eiusmodi nun
cios seu potius Pegasos habeat, hic ego si Crassi omnes cum An
tonijs existant: si tu L. Philippe, qui inter illos florebas: hanc
causam uoles cum Hortensio dicere: tamen superior sim necesse
est. Non enim, quemadmodum putatis: omnia sunt in eloquen
tia, est quædam tamen ita perspicua ueritas: ut eam infirmare
nulla res possit: an antequam postulaisti, ut bona possideres; mi
sisti, qui curarent: ut dominus de suo fundo à sua familia ut deij
ceretur? utrumlibet elige, alterum incredibile est: alterum nefas
trium, & ante hoc tempus utrumque inauditum. Septingenta
millia passuum uis esse decursa biduo? dic negas? ante igitur
missisti, malo. Si enim illud dices: improbe mentiri uidere
re, cum hoc confiteris: id te admisisse concedis: quod ne men
dacio quidem tegere possis. Hoc consilium Aquilio & tali
bus uiris tam cupidum, tam audax, tam temerarium probabi
tur? quid haec amentia? quid haec festinatio? quid haec imma
turitas tanta significat? non uim? non scelus? non latrocini
um? non deniq; omnia potius quam ius, quam officium, quam
D pudorem;

pudorem? mittis iniussu Prætoris. quo consilio? iussurum
 sciebas? quid? cum iussisset; tum mittere nonne poteras? po-
 stulaturus eras. quando? post dies XXX. nempe si te non im-
 pediret; si uoluntas eadem maneret; si ualeres; deniq; si uiueres.
 , Prætor iussisset. opinor si uellet; si ualeret; si ius diceret; si nemo
 recusaret; qui ex ipsius decreto & satisdaret, & iudicium acci-
 pere uellet. Nam per deos immortales, si Alphenus procurator
 P. Quintij tibi tum satisdaret, & iudicium accipere uellet; de-
 niq; omnia quæ postulares, facere uoluisset; quid ageres? revo-
 10 cares eum quem in Galliam miseras? At hic quidē iam de fun-
 do expulsus; iam à suis dijs penatibus præcepis electus; iam,
 quod indignissimum est, suorum seruorum manibus nuncio
 atq; imperio tuo uiolatus esset, corrigeres hæc scilicet tu post-
 ea. De cuiusquam uita dicere audes, qui hoc concedas necesse
 15 est, ita te cæcum cupiditate & auaricia fuisse, ut cum postea
 quid futurum esset, ignorares; accidere autem multa possent,
 spem maleficij præsentis in incerto reliqui temporis euentu col-
 locares. Atq; hæc perinde loquor, quasi ipso illo tempore, cum
 te Prætor iussisset ex edicto possidere: si in possessionem mi-
 20 sisses, debueris aut potueris P. Quintium de possessione de-
 turbare. Omnia sunt C. A quili eiusmodi: quiuis ut perspi-
 cere possit; in hac causa improbitatem, & gratiam, cum inopia,
 & ueritate contendere. Prætor te quemadmodum possidere
 iussit? opinor ex edicto. sposio quæ in uerba facta est? si ex e-
 25 dicto Pr. bona P. Quintij possessa non sunt? redeamus ad edi-
 ctum. Id quidem quemadmodum iubet possidere? nunquid
 est causæ C. A quili? quin si longe aliter possedit, quam Prä-
 tor edixit, iste ex edicto non possederit: ego sponsione ui-
 cerim: nihil opinor, cognoscamus dictum. Q VI EX EDI-
 30 CTO MEO IN POSSESSIONEM VENERIT. De te
 loquitur Neui, quemadmodum tu putas: aīs enim te ex edi-
 ctō

Quo uenisse: tibi quid facias, definit te instituit: tibi praecepta dat,
 EOS ITA VIDETVR IN POSSESSIONE ESSE OR-
 PORTERE. Quomodo? QVOD IBIDEM RECTE CV-
 STODIRE POTERVNT: ID IBIDEM CVSTODI-
 ANT. QVOD NON POTERVNT: ID AVFERRE
 ET ABDVCERE LICEBIT. Quid tum? DOMINVM
 (inquit) INVITVM DETRVDERE NON PLACET.
 eum ipsum, qui fraudandi causa latitet, eum ipsum, quem iudi-
 cito nemo defendat: eum ipsum, qui cum omnibus creditoribus
 suis male agat: iniuitum de prædio detrudi uetat. proficiscenti ti-
 bi in possessionem Prætor ipse Sex. Neui palam dicit. ita possi-
 dero, ut tecum simul possideat Quintius: ita possideto, ut Quin-
 tio ius non auferatur. Quid? tu id quemadmodum obseruas?
 mitto illud dicere: eum qui non latitarit: cui Romæ domus, ux-
 or, liberi, procurator esset: eum, qui tibi uadimonium non de-
 seruisset: hæc omnia mitto; illud dico, dominum expulsum esse
 de prædio: domino à familia sua manus allatas esse ante suos la-
 res familiares, hoc dico.

28

15

29

25

Neuium ne appellasse quidem Quintium, cum simul esset: ex-
 periri posset quotidie. Deinde quod omnia iudicia difficultima
 cum summa iura inuidia, maximoque periculo P. Quinti fieri
 maller, quam illud pecuniarium iudicium, quod uno die transi-
 gi posset: ex quo uno hæc omnia nata, & profecta esse conce-
 dit. Quo in loco conditionem tuli, si uellet pecuniam petere; P.
 Quintum iudicatum solui satisdaturum: dum ipse, si quid pete-
 ret, pari conditione ueteretur. Ostendi quam multa ante fieri con-

D ñ uenerit;

uenerit: q̄ hominis propinquā bona possideri postularent: prae-
 sertim cum Romæ domus eius, uxor, liberi essent, & procurator
 eque utriusq; necessarius. Docui cum desertū esse dicat uadimo-
 niū: omnino uadimonium nullum fuisse: quo die hūc sibi pro-
 misisse dicat: eo die ne Romæ quidem eum fuisse. id testibus me
 pollicitus sum planum facturum: qui & scire deberet: & causam,
 cur mentirentur, non haberent, ex edicto autē non potuisse bona
 possideri, demonstrauit: quod neq; fraudandi causa latitasset: neq;
 exiliū causa solum uertisse diceretur. Reliquum est, ut eum nemo
 iudicio defenderet: quod contrā copiosissime defensum esse con-
 tendi, nō ab homine alieno, neq; ab aliquo calumniatore acq; im-
 probo, sed ab Equite Roma, propinquā & necessario suo: quem
 ipse Sex. Neuius procuratorem relinquere antea cōsueverat: neq;
 eum si Tribunos appellari, idcirco minus iudicio pati paratum
 fuisse, neq; potentia procuratoris Neuius ius erexit: contra istū
 potentia sua tum tantummodo superiorem fuisse: nūc nobis uix
 respirandi potestatem dare. Quæsiū quæ causa fuisse: cur bona
 non uenissent: cum ex edicto possiderentur. Deinde illud quoq;
 requisiuit: qua ratione ex tot creditoribus nemo neq; tum idē fe-
 cerit: neq; nunc contradicat: omnesq; pro P. Quintio pugnant:
 præsertim cum in tali iudicio testimonia creditorum existimen-
 tur ad rem maxime pertinere. Postea sum usus aduersarij testimo-
 nio: qui sibi eum nuper edidit socium: quem quomo do nunc in-
 tendit: ne in uiuorum quidem numero tum demonstrat fuisse.
 25 Tum illam incredibilem celeritatem, seu potius audaciā protulit:
 cōfirmauit necesse esse: aut biduo DCC. millia passuum esse de-
 cursa: aut Sex. Neuium diebus cōpluribus ante in possessionem
 emissa, quam postularet: uti ei licet bona possidere. Postea reci-
 tauit edictum, quod aperte dominum de prædio detrudi uetaret:
 in quo constituit Neuium ex edicto non posseditse, cum confite-
 retur

retur ex prædio uī detrusum esse Quintium. Omnia autē bona
 possessa non esse constituit: quod bonorum possessio spectetur
 non in aliqua parte, sed in uniuersis, quæ teneri ac possideri pos-
 sint. Dixi Romæ domum fuisse: quo iste ne aspirarit quidem: ser-
 uos complures, ex quibus iste possederit neminem: ne attigerit
 quidem. unum fuisse quem attingere conatus sit: prohibitum fu-
 isse: quieuisse, in ipsa Gallia cognostis in prædia priuata Quintij
 Sex. Ne uitum nō uenisse, deniq; ex hoc ipso saltu: quem per uitum
 expulso socio possedit: seruos priuatos Quintij non omnes eie-
 ctos esse. Ex quo, & ex cæteris dictis, factis, cogitatisc; Sex. Ne-
 uij qui quis potest intelligere istum nihil aliud egisse: neque nunc
 agere, nisi uti per uitum, per iniuriam, per iniquitatem iudicij, to-
 tum agrum, qui communis est, suum facere possit. Nunc causa
 perorata, res ipsa & periculi magnitudo C. Aquili cogere uide-
 tur: ut te, atq; eos, qui tibi in consilio sunt: obsecrat, obtestetur q;
 P. Quintius per se necrum ac solitudinem suam, nihil aliud, ni-
 si ut uestræ naturæ bonitatiq; obsequamini: ut cum ueritas cum
 hoc faciat, plus huius inopia possit ad misericordiā, quam illius
 opes ad crudelitatem. quo die ad te iudicem uenimus, eodem die
 illorū minas, quas ante horrebamus, negligere coepimus. Si cau-
 sa cum causa contenderet: nos nostram per facile cuiuis probatu-
 ros statuebamus: quod uitæ ratio cum ratione uitæ decerneret.
 Iccirco nobis etiam magis, te iudice, opus esse arbitrati sumus.
 eares enim nunc in discrimen uersatur: utrum ne possit se contra
 luxuriem, ac licentiam, rusticana illa atq; inculta parsimonia de-
 fendere: an deformata atq; ornamenti omnibus spoliata, nuda
 cupiditati, petulantiae addicatur. non comparat se tecum gratia
 P. Quintius Sex. Neui: non opibus, non facultate contendit: om-
 nistuas artes, quibus tu magnus es, tibi concedit. fatetur se non
 belle dicere: non ad voluntatem loqui posse: non ab afflicta ami-
 20
 21
 22
 23
 24
 25

cicia transfigere, atq; ad florentem aliam deuolare: non profusis
 sumptibus uiuere: non ornare magnifice splendideq; conuuium:
 non habere domum clausam pudori & sanctimoniae: paten-
 tem atq; adeo expositam cupiditati & uoluptatibus. Contra, si-
 bi officium, fidem, diligentiam, uitam omnino semper horri-
 dam, atq; aridam cordi fuisse: ista superiora esse, ac plurimum
 posse his moribus sentit. Quid ergo est: non usq; eo tamen, ut
 in capite fortunisq; hominum honestissimorum dominentur
 hi, qui relicta bonorum virorum disciplina, & quæstum & sum-
 ptum Gallonij sequi maluerunt: atq; etiam, quod in illo non fuit,
 cum audacia perfidiæque uixerunt. Si licet uiuere eum, quem
 Sext, Neuius non uult: si est homini honesto locus in civitate
 inuito Neuius: si fas est respirare P. Quintium contra nutum di-
 visionemq; Neuij: si quaer pudore ornamenta sibi peperit, ea po-
 test contrapetulantiam te defendantem obtinere: spes est, & hunc
 miserum atque infelicem aliquando tandem posse consistere. In
 & poterit Neuius id quod libet, & ei libebit quod non licet:
 quid agendum est: qui Deus appellandus est: cuius hominis
 fides imploranda est: qui deniq; quæstus, qui mœror dignus in-
 ueniri in calamitate tanta potest: Miserum est exturbari fortu-
 nis omnibus: miserius est, iniuria. Acerbum est ab aliquo cir-
 cumueniri: acerbius, à propinquuo. Calamitosum est bonis euer-
 tio: calamitosius, cum dedecore. Funestum est à forti atq; honesto
 viro iugulari: funestius, ab eo, cuius vox in praconio quæstum
 præstitit. Indignum est à pari uinci aut superiore: indignius, ab
 inferiore atq; humiliore. Luctuosum est tradi alteri cum bonis:
 luctuosius, inimico. Horribile est causam capitï dicere: horribilis,
 priore loco dicere. Omnia circu spexit Quintius: omnia pe-
 ricitatus est C. Aquili: non Prætorē modo, à quo ius impeiraret
 inuenire non potuit: atq; adeo ne unde arbitratu quidem suo po-
 stularet,

stularet, sed ne amicos quidem Sex. Neuij, quorum sape & diu
ad pedes iacuit stratus, obsecrans per deos immortales, ut aut
secum iure contenderent, aut iniuriam sine ignominia sibi im-
ponerent. Deniq; ipsius inimici uultum superbissimum subiij:
ipsius Sex. Neuij lachrymans manum apprehendit, in propin-
quorum bonis proscribendis exercitatam: obsecrauit per fra-
tris sui mortui cinerem: per nomen propinquitatis: per ipsius
coniugem & liberos, quibus prior P. Quintio nemo est: ut
aliquando misericordiam caperet aliquam: si non propinquita-
tis, at aetatis sua: si non hominis, at humanitatis rationem habe-
ret: ut secum aliquid integra sua fama, qualibet, dummodo tole-
rabilis conditione transigeret, ab ipso repudiatus, ab amicis eius
non subleuatus, ab omni magistratu agitatus, atq; perterritus,
quem preter te appellebat, habet neminem: tibi se, tibi suas omnis
opes fortunascq; commendat: tibi committit existimationem 15
ac spem reliqua uita: multis uexatus contumelijs: plurimis ia-
ctatus iniurijs, non turpis ad te sed miser confugit: e fundo orna-
tissimo deiectus, ignominij omnibus appetitus, cum illum in
suis paternis bonis dominari uideret, ipse filiae nubili dotem co-
ficere non posset: nihil alienum tamen uita superiore commisit. 20
Itaq; te hoc obsecrat C. A quili, ut quam existimatione, quam
honestatem in iudicium tuum prope acta iam aetate decursaq;
attulit: eam liceat ei secum ex hoc loco efferre: ne is, de cuius
officio nemo unquam dubitauit: sexagesimo deniq; anno de-
corde, macula, turpissimacq; ignominia notetur, ne ornamen-
tis eius omnibus Sex. Neuius pro spolijs abutatur, ne per-
te ferat, quo minus quae existimatio P. Quintium
usq; ad senectute m perduxit, eadem usq; ad
rogum prosequatur.

Proposuimus

Proposimus Frossi in nouem rebus consistere dicendi facultatem. Erant autem illæ, ingenij uis & industria, doctrina pueritiae, præcepta rhetorica, cognitio philosophiae, sermonis quotidiani cōsuetudo, lectio scriptorum, usus, memoria, cōtinuatio studiorum: si hæc ppe oia demōstrauero à nobis esse uiolata, causas nimis indicauit amissæ eloquètiae, & quare nostri hoies ita dissimiles sint oratione pfectis, ut olim fuerūt, scriptoribus. si uero indicaro qua ratione ea consequi possimus, constabit certe aliquo modo qua uia, tandem aliquando sublata ex ciuitatis 10 bus dicendi ratio debeat restituī. Nam ut de natura dicam breuiter, corrupta sunt nostrorum hominum ingenia, & depravata uiuendi ratio est. Tametsi enim permulti acumine & celeritate ad intelligendum prædicti sunt per adolescentiam, tamen quotusquisq; aut non uoluptate emollescit, aut si hanc euitare 15 potest, manet in literis, neq; ad quæstuosas artes deuolat, anteaquam uel puerilem illam educationem percepitur: mitto enim maiora illa, quæ post hanc erant ante cognoscēda quam uel ad medicos, uel ad uos iurisconsultos deduceretur. Itaq; natura bonitas quæ philosophiae præceptis debebat erudiiri & confir- 20 mari, ea uel festinatione destitui, uel depravatione morum corrumpi solet. Nihil tam inimicum studijs est quam uoluptates & animi mollicia: quorum alterum nostris moribus defensio nem nimis facilem habet, alterum præmium uirtutis esse creditur, atq; à multò maxima parte expetitur. Sed non inde solum 25 deteriores sumus: non modo deformata uoluptatibus, aut alli quo magno affectu impedita natura non sinit nos comparari cum maioribus: nō tantum uitia & festinatio nos à uero abducit, sed etiam, quoniam latinus sermo non est ut fuit olim in ciuitatibus, & non nisi à paucis, idq; uiciose usurpatur, non posse 30 test eadem esse ratio puerilis institutionis, quæ fuit olim, & si esset, tamen amissimus, estq; nunc rudior & difficilior. Quare hac

hac mutata, commutatus etiam sermo est, & pro puro & Ro-
mano, impurus atq; peregrinus, pro ornato atq; literato, rudis
& illiteratus uenit in consuetudinem. Hunc secum Romana &
Græca olim adolescentia in scholas & ad Grammaticos atti-
lit, eōq; nostris aptior fuit, & ad discendum præcepta, & ad co-
gnoscendum poetas atq; historicos. Primum igitur in re ipsa
est dissimilitudo & incommoditas, deinde etiā in ratione uiaq;
tradendi, quam antehac securi sumus. Fuit enim uaga uarieta
te, difficilis obscuritate, iniucunda diuturnitate. Apud ueteres
Romanos certa erat & aperta, & breuis: nos multitudine, pro-
lixitate, subtilitate nostra debilitamus ingenia. Itaq; nos & me-
thodus illa uetus Grammaticorum destituit, & ablatus est lo-
quendi usus, non ille impurus quem augemus quotidie, sed la-
tinus & literatus, de quo post dicam copiosius. Iam uero præ-
cepta illa dicendi, & institutio artis, multas habet easq; magnas 19
incommoditates. Nam ut cōcedam libros Rhetoricos satis esse
multos & qui eos explicant, doctorēsq; dicendi, omnia que ad
hanc rationem necessaria sunt, habere tamen natura repugnat,
ut eum doceas dicere, qui loqui nesciat. quotusquisq; est autem
hoc tempore, aut fuit atate superiore, qui sermonem latinum, 20
non copiosum, at saltem purum sibi possit arrogare? Itaq; nos
aut sero, aut ante uerborum copiam comparatam, præcepta co-
gnoscimus, & dicendi magistros accimus tum, cum uel ante
tempus inutilis est exercitatio, aut post tempus uix usus & ora-
tionis copia potest esse talis, qualem requiri mus. Cū enim elo-
quentiae usus sit maximus, tum in omnibus artibus atq; discipli-
nis, tum præcipue in Theologia & ciuili scientia, tamen quam-
diu caremus eloquentia, tamdiu ad usum non feliciter potest
adhiberi. Quousq; etiam consuetudo exercitationis non recte
celebratur, necq; excolitur usus rhetoricus: eo usq; nihil oratio-

E ne po-

tie politum, nihil elaboratum industria, nihil copia atq; uarietate ornatum à nostris exire videbimus. Est etiam illud incommodum in arte, quod à Dialecticis præceptis est separata, quæ ante nostra tempora ita defœdata sunt, ut nūc uel barbara adhuc institutione obscurētur, uel non satis in illis operæ collocetur, uel omnino incognita iaceant. Veteres autem illi quos admiramur, & quorum nos similes esse uelimus, quiq; soli oratores dīci possunt, ex hac arte, hoc est, differendi ratione, & præcepta rhetorica muniebant, & in artis doctrina multa à Dialecticis mutuata ita exercendi cōsuetudine usurpabant, ut postquam dicendi uim consecuti essent, nata illa cum ipsis, non disciplina comparata uiderentur. Quanquam enim diuisa essent studia in Græcia tum, cum Socratīcī cum Sophistīcī contendenter: tamen utriq; partis aduersariæ mitto rationes, sed uerba quoq; habuerunt annotata. Hinc est quod in Rhetoricis Philosophorum librīs multa uidemus posita, quæ ante à Sophistis fuerunt tradita: & apud Græcos, qui de oratoris arte præcepta trāderunt, in eāq; professione solum uersati sunt, non pauca præcepserunt sumpta non ex sua officina, sed ex scholis philosophorum. Itaq; uerisimile est Demosthenem non ignarum fuisse eōrum, quæ à Platone de ratione differendi docebantur, & longe certius atq; uerius intellectissime, quam hī qui inclinata diectione, sese Academias & Peripateticis addixerunt. De Cicerone nullum dubium est, qui eloquentiam sapientiæ studio cū primis reconciliauit. Velim igitur hanc rem nostro seculo non carere exemplo: & eos qui ex literarum cognitione nomē magnum consecuti sunt: in suis scholis maiorem instituere explicitationem eorum quæ ab Aristotele sunt tradita. Tametsi enim propemdihi non ambiguū est, longe copiosius eum & docuisse & scripsisse, quam nobis per manus eorum qui in illa familia manserunt,

transfserunt, sunt tradita, tamen quoniam ea sola extant, & quia
nemo melior differendi magister, contenti eo esse debemus,
eiūsc̄ praecepta celebrare. Fateor non esse in Dialecticis libris
plena omnia atq; explicata, multa etiam aliena interposita, ta-
men ita sunt coacta, ita etiam digesta, ut methodus illa quam
requirimus non sit conturbata. Itaq; dolendum est non diligen-
tiorem operam in eam rem collocari. Verum sic est natura ho-
minum, peccant in partes contrarias turbata secula. A etates su-
periores foedissimam & prop̄e perpetuam in illis exercitatio-
nem instituerunt: nos uero dum illam uitamus, dum barbari
uideri nolumus, in summatum negligentiam incurrimus, nec pa-
timur in re necessaria naturam nostram erudiri. Sed ueniendū
nunc est ad rerum cognitionem, ad recordandi uim, ad con-
stantiam studiorum, hæc enim tria ex illis nouem sunt reliqua.
Querendum non est diuisas esse inter se artes, & distincta stu-
dia, & separatos à iurisconsultis medicos, neq; unum utrancq;
artem profiteri. Non enim nos Græcorum linguam latino ser-
mone inferiorem facimus, & uera est illa apud Platonem So-
cratis sententia πλείω τε ἐκαστα γίνεται, καὶ κάλιοι φέρομεν
εἰς γέ, οὐ λαττα φύσικη νόον χολην τῶν ἀλλων ἔγους πράττειν. 20
Si hoc in paruis & abiectis rebus uult esse Socrates, & secernit
agricolas ab architectis, textorem ab eo qui suta parat, magis
nobis id in medicina & iuris scientia est obseruandū. Sed illa re
prehendenda consuetudo est, neq; iurisconsultos eloquentiam
ad suam facultatem adiungere, neq; orationis copiæ studiosos, 25
civilem scientiam atq; reliquas artes ac disciplinas cognoscere;
sed utrosq; sua professione contentos alterius opes contemne-
re. Est enim aliud discere ea quæ necessaria sunt suscep̄tæ nostre
rationi κατα φύσικη ut inquit Socrates καὶ νόον, aliud per-
ceptam rationem proferre in medium, eāmq; conferre in quæ-

E ij stum

stum, & uti uitæ instituto. Doctrinarum cognitio, dicendi fa-
 cultatem non solum uberiorem, sed etiam illustriorem facit: do-
 ctrinæ etiam ipsæ lumen non habent, nisi claritas accedat ora-
 tionis. Conturbata hodie dicendi ratio est, quod ordine careat
 & modo, quem in disciplinis, autores & scriptores earundem
 reliquerunt, & hæ ipsæ obscuratæ sunt fœda & ualsta tracta-
 tione quorundam hominum, qui antequam loqui latine sci-
 rent, artes explicare sunt conati. Hi sua autoritate nos à
 uera uia reuocant, & ad loca deuia & uagabunda & lubrica &
 spinosa deducunt. Nec enim mihi dubium est Frossi aliam te-
 rationem secutum esse in ciuili prudentia, & aliam nunc animo
 tenere comprehensam, in tali tantoque rerum forensium usu.
 Illud etiam statuere, rectam uiam à Iustiniani coangustatori-
 bus legum præscriptam, quam uestri pragmatici & interpre-
 tes corruperunt. Ab eiusmodi ingenij inquinatæ sunt & ob-
 scuratæ omnes philosophiæ partes. Itaq; quod oratori necessa-
 rium est hoc tempore assequi non possumus, ut quantum satis
 est uarietatem doctrinæ omnem aspiciamus. Hæc defœdatio
 non solum sapientiam uniuersam à nobis ausert, sed etiam in sin-
 gulis eius partibus labefactat memoriam. Illustris enim tracta-
 tio, quam adsert eloquentia, & ordinata atq; artificiosa dige-
 stio, quæ tum ex cæterarum artium cognitione petitur, tum
 à Dialecticorum præceptis maximè informatur & stabilitur,
 memoriae altrix est & custos, quæ nulla re magis aboleat, quam
 rudi & barbara atq; scopolosa traditione. Habet illa quidem
 ortum à naturæ bonitate, & uitiata natura uitiatur etiam me-
 moria: sed cum indigesta multitudine laborat, obruitur ple-
 runq; & cum non uia modocq; alitur, etiamsi magna perma-
 neat aliquando: tñ informis læpenumero & monstrofa confi-
 citur; nos artificiosam & expeditam requiri mus. Restat studio

rum perpetuata illa nec^q omissa nec^q relicta ratio, quam in singulis quidem artibus permulti retinent, in uniuersis uero qui ita durent, ut rerum cognitionem semper cum orationis copia coniungant, pauci sunt qui eam consuetudinem, aut omnino aut cum laudabili & praeclara utilitate retineant. Nam complures sunt Astrologi, Geometræ, Musici, pictores, poetæ, qui sua arte delectati cæterarum rerum doctrinas reijsunt, medici etiam & in utilitatibus comparandis percepta iam arte occupati, & post quæsitas commoditates ociose & molliter uiuentes, ut rem laboriosam sapientiæ studium repudiant, Iurisconsulti tamen in exercitatione artis atq; ciuilibus occupatiib; tum etiam post constitutos habitosq; honores, nihil ad se pertinere putant aliud quam ciuilia negocia: non illa omnia quæ cum sapientia magnam coniunctionem habent, sed illa mercenaria, & questuosa, in cōgerendis, conseruandisq; facultatibus. Theologorum non magnus numerus est, qui eloquentiam ad se pertinere putent: & si qui sunt, qui eam amplectantur, tamen in retinente & tam barbara tractatione corrupta, non possunt ita uerari, ut uel dignitati rei orationis copia respondeat, uel latini sermonis puritas non conspurcetur uerbore in solentia. In re enim ipsa omnes permanent, eloquentiæ uero studium multi remittunt, multi comparata quadam uolubilitate se facundos existimant. Sed cum cæteris omnibus artificibus, tum maxime Theologis apparatu ornatusq; orationis est opus. Itaq; perpauci sunt qui in omnibus ita durant ut eloquentia cum rerum cognitione coalescat, quod est necessarium: & hi qui sunt, quandiu nihil perfectum proferre possunt, tandem constat non esse id assecutus, quod uolebant. De linguae exercitatione loquor, scriptoriis suam cuiq; laudem tributam uolo: quam multi non solum utilitate rerum, sed etiam orationis non inani elegancia, scri-

bendo sunt consecuti; dicendo uero quid multi præter lingua
celeritatem & uerborum exultantem audaciam adepti sint non
uideo. Ego demum eloquètem esse illum censeo, qui cum oræ
tionis exercitatione rerum coniunxit & philosophorum scien
tiam: qui utruncq; horū apto congruentiç apparatu instructū
habet: qui ita ut earum natura requirit & armare res potest &
illustrare. Qui hoc consecutus sit non uideo, necq; credo quen
quam esse eruditorum uirorum, qui non id libenter agnoscat:
& tamen esse uiam, qua possint homines ad arcem rei perueni
re. Sed hæc quoniam est in natura rerum, & eam ingressi sunt
aliquando Romani, Attici, Asiatici: nobis quoq; est anniten
dum ut candē inueniamus. Et quanquam nos quidem sero, ta
men adolescentibus, tamen posteris, utilissimum erit, aliquid
habere præmonstratum. Cum igitur nouem illa de quibus dī
xi, partim conturbata sint, partim repudiata, non mirum
est amissam esse omnem facultatem & elegantiam orationis.
Nam ut ex nouem Musarum uarijs modis, pulcherrimus qua
si nascitur uocum concentus: sic ex hisque ante posuimus con
sociatur oportet, erudita atq; exercitata oratio: Et ut omnis illa
modulandi struitas perit, si ex illis uirginibus, aliquæ putide,
perturbate, præpostere, discrepanter, atq; exanimate modos fa
ciant, ita si quid ex his non recte adhibeat, aut si quid desit nō
potest esse ornatus in dicendo aptus, necq; apparatus uerborū
atq; rerum talis, qualem oratoris officium postulat. Sed ad
consequendum hæc omnia, quatuor opus est nobis hominum
generibus. Nam & eorum qui sunt cum magistratu, opera o
pus est: & parentum: & magistrorum: & puerorum. Nisi enim
ciuitates præmia constituant, cessant non solum doctores, sed
etiam parentes, quibus maxime curæ sunt liberorum commo
ditates. Per Germaniam nimium destitutæ sunt literarum scho
la: id

la; id accedit spe præmiorum adempta, non religionis renouatione, Quamdiu enim familiæ atq; sectæ ociosæ necq; doctæ existimationem & autoritatem habuerunt, quandiu honesta habita fuit ratio uitæ, abuti opibus ecclesiæ, magna fuit antehac excitata turba ingeniorum: nunc uero postq; detecta sunt impietatis illa diuturna & tyrannica studia: postquam intelligunt homines, esse sceleratum, uti bonis alienis: sed sceleratius Ecclesiæ flagicium esse nihil eius nomine cuius sunt, agere, sed sacrilegium eadem ad nefariam & scelestam uoluptatem atq; libidinem conuertere: liberos suos utiliter sibi, quam publice uiuere flagitiis malunt, eocq; eos ad plebeas artes deducunt. Crede ego bonorum neminem esse, qui hanc colluisionem euersio nemiq; religionis sine conscientiæ grauiissimo pondere defendam suscipiat. Sed sublata complurium conscientia est, & se uulgo multitudine excusant. Sacerdotiorum enim ut nūc sunt curationes, optimus quisq; remouendas statueret, nisi turba potentiacq; niterentur, quorum alterum irritari, alterum comoueri sine summa perturbatione humanarum rerum non potest. Nemo omnium est, qui non alienissimo sit animo à parrocchio; horrescunt pleriq; omnes eius sceleris nomen, at etiam Romani illi ueteres nondum Christiani, in illa ignoratione uera pietatis, hanc legem fixam stabilémq; habuerunt, Sacrum sacrōne commendatum, qui cleperit, rapseritq; parricida est, Clepunt & furantur sacrum, qui largitionibus, qui malis artibus irrepunt in possessionem sacrorum bonorum: rapiunt sacra, qui palam ad suas libidines ea comparant. Quorsum igitur hæc spectat oratio? ut intelligatur si sacræ opes, ut principio dispensatæ sunt, ita conseruarentur: si ad eas nemo admitteretur, nisi cuius probata uita, laudati mores, commendata esset consiliorum institutio, haberent ad quam uite rationem sele aggre-garent

garent adolescentes, & stimularētur plures, quām sint hisce tem
 poribus, ad literarum studia. Nunc uero largitiones & gratia
 in religionis fidem irrepserunt, & nomine pietatis occupato,
 eāq[ue] electa, nō amplius ueritati locus patet. Nihil enim tam ini-
 micum ueritati est, quām uis & inique comparata potentia, ni-
 hil tam consentiens, q[uod] uitæ probitas & innocentia. In hac igit
 destitutione bonorum, non excitatur industria multoq[ue], quib[us]
 ingenium Deus egregium dedit. Tametsi em̄ hi non id curare
 debent, quem fructum tribuant homines sapientiæ, tñ quia na-
 scimur ita oēs, ut prīmi animi minus habeant & roboris & pru-
 dentiæ, priusq[ue] id quod optimū homini est intelligatur, ad aliud
 uitæ genus pleriq[ue] deflectunt. Nihil facilius animaduertitur, q[uod]
 uitæ utilitates, quæ ex cæterorum opibus aestimari solent, tarde
 plerunq[ue] & sâpe sero animi diuitias amplectimur. Itaq[ue] præ-
 mia proponi debent pueritiae, & adhuc rudibus naturis: dein
 de eiusmodi disciplina institui, ut ad integratatem, innocentiam
 sanctitatemq[ue] proposita uideantur, & ad professionē uitæ
 talem, quæ commoditates adferat ad gloriam Christi ampli-
 candam, & ueritate se, non aut honesti specie tueatur. Si hoc in-
 stitutum antiquum & uetus, renouari & restituiri possit,
 non deessent aut in ciuilibus causis aut in ecclesiasticis contro-
 uersijs, qui cum summa tranquillitate animoq[ue], omniumq[ue] com-
 probatione res obscuras explicarent, exacerbatas sedarent, de-
 prauatas corrigerent. Sed non hoc in loco consilium dare con-
 stituimus, uerum causas commemorare, quamobrem amissa
 sit eloquētia, atq[ue] significare, quia inter magistratus uitæ boni, q[uod]
 quod uerum est intelligunt, non possunt sacrarum opum pos-
 sessionem probitati & religioni recuperare, exiguum esse eo-
 rum numerum qui rem tantam totq[ue] difficultatibus implic-
 tam suscipiant. Quo sit ut dum pars maior quæ cum magis-
 trato

stratu est non utilit, dum boni id quod uolunt non possunt effi-
cere: neq; parentes ut uelint, neq; liberū ut cupiant, neq; magi-
stri ut suscipiant alliciuntur. Infirmum est in inscientia & iu-
uentute iudicium: ideoq; utilitatibus parentes, laudis cupiditi-
tate adolescentes sunt excitandi. hæc affectio ætate & doctri-
na corrigetur, ut tandem etiam alienatio sit ab ambitione, cum
uitæ institutio, ingenij educatio, morum disciplina, recte poter-
it adhiberi. Sunt præterea multæ alia causæ, ob quas & stu-
dia perturbata sunt, & dicendi scientia est impedita: sed quia, si
hæc quas dixi tolli possint, assequieremur id quod expetimus, ¹⁰
prætereundas esse illas duxi. Reliquum est ut dicamus de re-
cuperatione, quæ pars tametsi præstantior est, tamen quo-
niam causæ rerum malarum prius tollendæ sunt, quam res bo-
næ possint restituī, inscriptionem utriq; parti de amissa dicen-
datione esse malui, quam de eadem recuperanda. Habet ¹⁵
enim hic titulus promissum nimis magnum & arrogans, alter
est uerecundior. Dicendum igitur deinceps est Frossi, quo-
modo iustum dicendi scientiam putem ad homines tanquam
ad regnum suum reduci posse. Nam ex his quæ dicta sunt ha-
bitenus, causas uidemus corruptæ lingua: deinde si Quintiana ²⁰
illa oratio cum istis quæ nostris temporibus scripta extant, con-
seratur; facile est cōsiderare, nihil simile uetus statu à nobis repre-
sentari. Itaq; quemadmodum instituimus, repetamus illa nouē,
& ordine singula declaremus, qua sit ratione uiāq; Ingredien-
dum. Frustra enim suscipiuntur aliquid consequendi studia, ²⁵
nisi ante illud quod eo quo cogites deducat, perpenderis. Sed
non me illud inuenisse arrogo, uerum conquisiuisse eiuscemo-
di quædam, quæ quoniā certos autores habet, existimem esse
celebranda. Ut igitur de natura primum dicam, nulla de illa co-
paranda præceptio est. Datur enim cuiq; diuinitus sua natu-

F ra, sed

ra: sed si cultus atq; custodia in omni re plurimū ad conservan-
 dum ualet: potest etiam de hac aliqua institui disciplina. Primum
 igitur fugienda sunt uoluptates, atq; cauēdū est ne uitij cor-
 rumpatur ingenium. Nulla concordia studijs doctriñæ, sapien-
 tiæ, cū negligentia, mollitie & prauitate solet intercedere. Vbi
 hæc uitantur, illa uero assumuntur, ibi egregia & præclara ad
 discendum dicendumq; indoles poterit excoli. Est enim exci-
 tanda naturæ bonitas studio & ardore amoris erga id ad quod
 nata uidetur. Hoc igitur secundum naturam est elaborandum,
 20 ut cupiditas accedat, quæ mater est diligentia. Et si enim ab a-
 micis natura dari non potest, sed cum uita simul adfertur, tū
 exacutus adolescens ab his, quibus se carum esse existimat, perti-
 net hoc officium non ad parentes solum, & ad doctores litera-
 rum cæterosc; cum quibus est aliqua uel necessitudo uel con-
 25 functio; uerum etiam ad eos qui rem publicam curant. Excitan-
 tur ingenia, maximèq; puerorum, & adolescentium, non tam
 utilitatibus quas non uehementer desiderant, dum nihil de-
 est, quam benevolentia, laude, autoritate, exemplis. Etenim si
 officium caritate, diligentia commendatione, approbatio exi-
 26 stimatione, copia exemplis bonorum dignitur: necesse est in-
 ea reput, neq; inofficiosos neq; negligentes neq; repugnantes
 neq; paucos esse, qui exacuantur ad res præclaras, si beneullen-
 tia, si laudationes, si autoritates, si exempla non desint. Sit igi-
 tur hoc secundarium, ut curetur, quo literarum cupiditate fla-
 27 grent adolescentes, ad eāmq; rem parentes, magistri, præmia ad
 laudem atque autoritatem exposita, opem ferant. Sed ueniens
 dū nunc est ad illam puerilem institutionem, ut recte eum qui
 indolem aptam idoneāmq; habet educemus. Habet hac pars
 tria capita, præceptionem, explicacionem, resolutionem. Præ-
 ceptorq; ratio à multis est tradita, & ad hunc locū non pertinet.
 Sed

Sed illud monendum est, ut ne uasta sit illa methodus, regulam & præceptionum multitudine. Ut ilissimum est exercitatum habere consuetudinem flectendi nomina & uerba: & confectionem & coniunctionem dictionum paruo legum numero absolui, & in utrisque principio obscuras illas & philosophicas uitare partitiones: Explicatio præceptorum institutioni statim & cōtinenter adiungatur. Habet illa partes tres, argumentationem, expositionem, consuetudinis obseruationem, & interpretationem uocabulorum. Primum enim curare debemus, ut res ipsa paucis uniuersa cognoscatur. deinde leges institutæ, ad que omnis accommodatur actio intelligatur, post hæc ad singula descendendum est. Sed orationum argumenta facile ex narrationibus colliguntur, uerum quoniam illæ plerumque sunt prolixæ: possunt & sape debent coarctari: ut in hac causa qua P. Quintius in famæ fortunarumque discriimen deducitur: Aduersarius est Sex. Neuius. Hic desertum esse sibi dicit uadimonium à Quintio; bona eius à se esse possessa ex edicto Prætoris Burriani dies triginta, id est à Dolobella postulat ut Quintius iudicatum solui satisdet: uel sponsonem faciat. Mauult Quintius sponsonem facere: & C. Aquilium iudicem sumit, atque ex sponsione agit, Orator aduersarius Q. Hortensius est. M. Cicero Quintij patronus, negat possessa esse bona ex prætoris edicto. Primum quod causa nulla fuit cur à prætore id postularet: nā nec quicquam Quintium debuisse neque uadimonium deseruisse. Deinde, quia non potuit ex edicto possidere, id probat ex uerbis editi, quod nec latitarit, fraudandi causa, nec exiliij causa solum uerterit. Postremo non possedit, propterea quod bonum possessio nō spectatur in aliqua parte, sed in uniuersis quæ teneri & possideri possint. Breuis est eiusmodi explicatio, sed apta ad intelligendū & recordandū. Puto etiā hanc rationē Ci-

ceroni placuisse, qui Aeschynis & Demosthenis inter se contrariarum orationum argumentum paucis uerbis est complexus. De consuetudine etiam hic dicendum esset, si hæc reson esset ita prolixa, ut ludo & magistris satius sit eam explanatio nem relinquere, quam hoc in loco interponere. Idem sentendum est de uocum interpretatione: sed hoc magis est Grammaticorum, illud ex uestris libris & historijs est petendum. Verū etiā uos multorum uocabulorum uim ante Grāmaticos explicatis. Præterea uestrum est scire, quot Prætores habuerit populus Romanus, & quæ sit differentia inter eos qui de urbanis, quicq prouinciarum negotijs decernunt. Aliud enim fuit genus Praetorum quos Sylla constituit publicis causis, aliud illorum quatuor qui his sunt antiquiores, aliud qui à Cæsare sunt postremo adiuncti. Adfert hæc distinctio lucem ad intelligendum, sed hæc tractatio ex uestris studijs defluxit. Utilessimum est sci re, tum in Grammatica disciplina, tum in ludo Rhetorum, ut ius dicentis, sic etiam prætoris esse bonorum possessionem dare & in possessionem mittere. Nec intelliget Rhetor uim illius sententiae magis quam iurisperitus: QVIS TANDEM
 20 NOBIS ISTA IVRA TAM AEQVA DESCRIBIT?
 QVIS HOC STATVIT? QVOD AEQVM SIT IN QVINTIVM, ID INIQVM ESSE IN NEVIVM.
 Hoc ex uestro sit apertius QVOD IPSE IN ALTERIUS PERSONA AEQVM ESSE CREDIDIT ID IN
 25 IPSIVS QVOQVE PERSONA VALERE PATIA TVR. Iam quid sit satisdatio, quid sponsio, quid uadimonium, quid uadari, à uobis definitum est: sed & grammatici eadē explicarunt, sed uos autores estis. Verum illud fortasse non inutile est ad obseruandum, saepe in eo ipso libro qui legitur, & consuetudinem uno in loco latere, in altero indicari: & obsecras

ras alibi sententias esse, & incognitam alibi uocabulorum natu-
ram, alibi uero utraq; explicari. Quare utile est in omni lectio-
ne & interpretatione prius totum librum celeriter perlegere,
atq; annotare que sunt similia, quam in singulis statim moram
facere. Obscurum est in principio orationis quid sit iudicium
de re, quid item de probro, sed explicatur postea id copiosius
in tractatione questionis infinitæ. Cuius uero bona uenierunt,
non modo illi amplissimæ fortuna, sed etiam uictus uestitusq;
necessarius sub precone cum dedecore subiectus est, is non mo-
do ex numero uiuorum exturbatur, sed sic fieri potest infra e-
tiam mortuos mandaſ . Etenim mors honesta ſaþe uitā quoq;
turpem exornat, uita turpis ne morti quidem honestæ locum
relinquit. Ergo Hercule cuius bona ex edicto possidentur, hu-
ius omnis fama & existimatio cum bonis simul possidetur. De
probro igitur iudicium est, quod est de honorum possessione,
non de re pecuniaria, de deserto uadimonio, non de re debita.
Longum effet ista explicare, ideoc; prætereundum est, & ue-
niendum ad ea quæ minus nunc in usu uerantur.

20

DE AMISSA DICENDI RA- tione. Liber Secundus.

DICENDVM IGI TVR NVNC EST DE 25
Grammaticorum illa ratione, qua integras con-
uersiones & sententias in suas formas redigunt, &
has in ea dissoluunt ex quibus ipsæ constant. Est
haec ratio utilissima ad comparandam orationis elegantiam &
ubertatem. Necesse n, est omnē orationem, quecunq; illa sit, ex
F ij uerbis

uerbis confici, & recte Cæsar originem eloquentię uerborum delectum esse scripsit. Sed hic delectus, qui in prīmis necessarius est, haberi non potest, non magis quam militum, nisi antea coactis unum in locū, quasi militum, sic uerborum copijs. Sed hic ego rursum deplorare cogor nostrorum temporum infelicitatem. Propè enim una cum corporibus plurimorum consuecumt ingenia, priusquam uel mediocrem eloquentiam possunt laudem obtinere. Id sit tum melioris rationis ignoratione, tum loquendi consuetudine depravata, & auocatione sermonis quotidiani, Romanorum enim & Atheniensium atq; Asia ticornum olim liberi, propè cum matris lacte uerbis simul optimis imbuebantur, & priusquam puericiam superassenit orationis copiam erant assediti. Quare tum id tempus idoneum ad disciplinas fuit, quod hodie nostri adolescentes apud Grammaticos consumunt. & ibi eis finis audiendi, ubi nostris præpera adhuc sunt principia. Hinc sit ut nostra ætas medicos, iurisperitos, theologos plures proferat quam oratores, si modo ullus hoc quidem certe tempore sit orator. Nec enīm video cur difficultius sit totum illum doctrinarum quasi orbem, discendo peragrare, omnēscit literarum artiū doctores audire, quam alienæ linguae rectam laudatamq; atq; perfectam ibi cognitionem consequi, ubi aut in librīs latens uulgo non est recepta, aut si ab aliquibus in sermonibus usurpatur, tamen ita contaminata uerba habet, ita peregrinis conspurcata est loquendi modis, ut propè prudentius consilium esset patriæ consuetudinem retinere, quam uiolare atq; uitare sermonem alienum. Hæ certe omnes incommoditates, quas gentium diuersi mores, dissimilis lingua attulerunt, uitari possent, si ea præcessimus diligentia in genijs, si eam industriam & dexteritatem præstare possimus, quam & officium nostrum requirit & desiderant rationes humanae.

manæ. Est enim uia & ratio uerba rerum tum singula tum con*junctione colligendi.* Est modus in his duobus generibus collo*candiis, per quem adolescens, latīna, significantia, apta, à se non*
ante cognita, inuestiget, atq; in suis quasi receptaculis inue-
niat: quibus ea informet, & cum laude tum dicendo tum scri-
bēdo in medium proferat, quæ uel mente complectitur, uel sua
lingua scripta latīna ueste cupit induere. Sed qui libri hisce tem-
poribus nobis uerba explicant, parum adserunt facultatis pue-
ritiæ. Laudo illorum uirorum diligentiam, qui nobis ea dede-
runt in coaceruando, doctrinam in explicando: disponendi ue-
ro viam desidero. Primum enim literarum ordinem sequi, mo-
dicam laudem habet, & in singulis tantum dictionibus uesti-
gandis, atq; cognoscendis laborem leuat: copiam uero non ob-
oculos potest ponere. Deinde illa distinctio nisi oblatis uoca-
bulis nullo praesidio esse potest. Querit is qui docet aut qui ig-
norat, si legendo aut auscultando notetur, quid sit sponsio, quid
sponsionem facere, quid in stirpibus acetabula, quid in ædifi-
cij suggrundia, quid in exercitu legio, quid apud mathemati-
cos rhombus: nō quereret, nisi eiusmodi multa oblata ultro,
cursum lectionis impedirent & retardarent intellectum. Ad o-
lescenti cum ignotum uerbum occurrit, tum demum quæren-
di est locus, cum uero patrio uestitu sententias indutas mente
tenet, quā fieri potest ut ex horum libris latīnū græcumq; orna-
tum inueniat, quo eadem uestiātur, cum ubi hic lateat certum
situm ignorare? Magistris literarum hic labor, & quibus am-
plior doctrina est, tametsi facultatis atq; copiae non habet mul-
tum, tamen subsidio est. Sed non solum quæ ab uno deducun-
tur formationes atq; significata congerenda sunt, uerum ea
quoq; sunt adiungenda, quæ aut eiusdem generis sunt, aut om-
nino sunt pugnantia, sed ita demū adiungenda, ut certa sit tum
naturæ,

naturæ, tum quæ à natura non multū solet recedere, artis dispo-
 sitio. Sunt enim alia singula & solitaria, alia coniuncta & à sen-
 tentia nō procul remota; alia rerū p̄currențiū, alia consequen-
 tium, alia causarum, alia effectarum, alia similiū, alia idem si-
 gnificantiū, alia contrariarū. Verū ut aliquo modo nostro con-
 filio excitemus cæterorum studia, paucis indicabo meam in
 hoc loco sententiam. Quemadmodum rerum certi constituun-
 tur communēq; loci: sic uerborum etiam genera & sententia-
 rum formæ, ad certos ordines reduci possunt. Hæc duo non
 10 ex quo uis scriptore colligi debent, sed ex optimis primo sunt
 coaceruanda. Illud autem obseruandum etiam est, ut autorum
 sic etiam uerboz nō unam esse formam. Aliud dicendi genos
 oratorum est, aliud poetarum, aliud quod medium est histori-
 corum. Itaq; unumquodq; annotari debet unde sit sumptum.
 15 Si enim diuersa sunt horum trium orationis genera, etiam ea
 ex quibus illa constant, inter se differre necesse est, uerba nim-
 rum & quæ ex uerbis fiunt sententiarum figuras. Oratoriū
 igitur primus atq; unus sit Cicero apud latinos, etiam philoso-
 phorū: sed addi potest Varro & Cornelius Celsus, uerum pru-
 20 denter & modice Celsus, & in suo genere, & cum est opus. Pli-
 nius etiam, sed cum necessarium est. Apud Græcos Demosthe-
 nes solus orator proponendus, cui Plato adiungitur propter
 rerum & orationis amplitudinem, deinde Xenophon, Hippo-
 crates, Aristoteles, & in multis Galenus. Poetas latinos habe-
 25 mus Vergilium, Lucretium, Horatium, Sed Lucretius in uer-
 bis & locutionum formis purior est Horatio, qui ob dicen-
 di figuras probatur à doctis. Vergilius utroque antecellit,
 sed in Georgicis & Bucolicis nihil peccat. Apud Græcos ne-
 mo melior Homero, cæteri etiam omnes boni, sed primus la-
 bor in optimis consumi debet, & ex Homero prius copia
 compa-

comparanda est, quam ad Hesiodum, Aristophanem, Theocritum, Euripidem, Sophoclem, Aeschylum ueniamus. Histororum nemo melior inter Romanos C. Cæsare, sed Ora- tori similior, quam Littius, quo saepe cum in re militari de-
stituimus habemus opus: uerum antecedunt Casaris com-
mentarij. Graeci Xenophontem habet, qui puritate & lenitate
orationis non cedit Casari: & Thucididem & Herodotum: qui-
bus adhiberi potest & Polybius, propter apparatum bellicum
illis temporibus auctum, & cumulata rerum uocabula. Oeſ hi
in suo genere excellunt: sed quæ utilissima sunt, ea primum lo-
cum debent occupare. Quare in Oratoribus principio uersan-
dum est. Scio Romanis & Græcis aliam consuetudinem fuisse,
& ad Poetas statim pueros deduxisse: sed quia ad Grammati-
cos illi quotidianum sermonem adferebant, quem antea domi
didicerant, minus periculi erat, cum lingua pura esset, in hac ra-
tione instituendi. Credo ego cum Seneca floreret, & in sequen-
tibus temporibus, cum corruptus sermo latinus esset, magnam
causam fuisse obscuritatis & ineptiarum, quod uetus tam illam
disciplinam sunt secuti, quæ cum ipsis moribus & ætate erat
commutanda. Neq; poetarum eadem est ratio, aliud dictio-
nis genus Comici, aliud Tragici, aliud Epici, aliud Lyrici sunt
secuti. Itaq; diuersum non solum compositionis, sed etiam uer-
borum genus: in quo cum iudicio uerandum est: ne quæ in-
ter se admodum dissimilia sunt commisceantur. Sed de scripto-
ribus, unde orationis & eloquentiae opes congregandæ sint, 29
satis sit hęc indicasse. Reliquum est, ut de modo & uia colligen-
di scribamus: quæ res etiam hic non potest omnis explicari. In
illis, n. libris q̄s de ratione latine loquendi atque scribendi in-
choauimus, quicquid ad hanc præceptionem pertinet, aperi-
mus. Cum enim locorum alij communes sint & ampli, alij in

G medio

DE AMISSA

medio, alij in parte extrema coarctati: prolixum esset haec non
solū exponere, sed etiam enumerare distribuendo; quare quod
proximum est cōsulamus in hac puerili informatione. Optabi-
le est certe quidem extitisse unum aliquem qui omnia compor-
tata & distincta ita edidisset, ut in promptu essent posita atq;
explicata hominum cogitationibus. Sed quoniam id factum
non est, & si esset aliquid tale ab industria alicuius præclarí in-
genij profectum, quale Iulius Camillus non solum profitetur,
sed etiam domi iam elaboratum & confessum habet, tamen
utile est ipsam etiam adolescentiam in ijsdem exerceri, & sibilo-
cos facere, eosq; legendo, dissoluendo, distinguendo, conqueri-
rendoq; implere. Hoc enim modo fiet, ut & autor ipse qui le-
gitur intelligatur melius, & uerborum uis & significaciones ue-
re percipiantur, & memoria augeatur atq; redintegretur, &
sermo ipse quotidianus atq; latinus excolatur, non temere ut
nunc fit, sed illa uetus Latinorum consuetudine. Quare sta-
tim cum ipsis præceptis, eiusmodi ratio prescribenda est, ut
ubi primum unius rei duo nomina, aut unius sententia, for-
mæ duæ sese obferant, ibi locus confessim designetur. Sed quo-
niam locus unus, etiam ex imis illis receptaculis, multiplex ple-
runc est: subleuari debet adolescentis labor magistri subsidio.
Hic utilis & necessaria est Dialectica, etiam reliquarum artium
cognitiones secum ipsæ partitiones adferunt: sed nihil tam an-
gustum est, nihil tam amplum atq; uagum, quod non opus ha-
bitat explicatiōe & distinctione dialecticorum. Proposueram
totam hanc orationem dissoluere, & ad suos quæq; locos com-
portare, & tradere rationem hanc omnem: sed cum animaduer-
terem non me id duobus libris complecti posse, & cum in illis
quatuor libris de ratione loquendi atque scribendi eadem tra-
ctem plenius, mutauī consilium, & solum uno atque altero
proposito

DICENDI RATIONE LIB. II.

proposito exemplo, constitui ostendere, quid primum in illa puerili educatione, & in illa indigesta conquisitione sit elaborandum. Repetamus igitur ex illa Quintiana, & congeramus quicquid ibi est, quod ad ciuiles causas spectare videbitur. Sed cum omnes res, aut sua ipsæ uia aliæ cōsistunt, & sua quoq; natu rā tantur, aut ad has aliæ accedant, atq; ita adiungantur, ut nulla perpetua necessitudo cum his sit, quod genus apud Philo sophos uocatur συμβηκότωμ, quemadmodum illud prius στιά: à priore in quo quis loco principium est faciendum. Sed uere cōsistunt illæ quæ uocantur στιά, ut est homo, laurus, aquila; acipenser, animal, arbor, auis, piscis: sāpe etiam alterum genus quasi cōsistat, ita oratione significatur, propterea quod hoc quoq; suam habeat formam, quo sit ut in locis ab eo etiam tanquam à cōsistente ordiamur. Multa enim in oratione habet quæ accidere uidetur. Verum appositione exemplorum, hæc quæ dixi erunt clariora.

R E S.

Res
Causa
Causa tota
Controuersia
Contentio
Certatio
Ius
Ius & magistratus
Iura
Fas
Aequitas
Lex

R E S

Lex & conditio
Iudicium
Summa iudicij
Iudicia
Consilium
Vadimonium
Iudicatum
Decretum
Edictum Prætoris
Accusatio
Vox accusatoris
Criminatio accusatorum
G ï Crimen

Crimen	Defensor
Sponsio	Patronus
Sponsum	Procurator
Aduocatio,	Aduersarius
PERSONAE	Magistratus
Accusator	Prætor
Petitor	Tribuni
Reus	Iudex
Persona accusatoris	Aliqui qui adsumt in consilio.
10 Persona petitoris	

Hic ordo igitur, nisi quis melior inueniatur seruari poterit: ut res priore loco ponantur, deinde personæ: & quanquam utræque ad alium ordinem rerum pertinent: tamen tum similitudinis causa, tum docendi gratia loco eorum quæ sub oculos cadunt, sunt ponenda. Permittit enim hoc si nō rerum natura, tam ipfa consuetudo: neq; poetæ solum famam ex illorum numero eximunt quæ rebus accident, & quasi sentientem faciunt, sed etiam Philosophi uirtutis & legis ita aliquando speciem de scribunt ut uirginem, ut deam, non minus audientem, consu lentem, quam Poetę suam Iunonem, Venerem, Mineruam.

Illud etiam monendi sunt magistri, ut discipulis suis, q̄ ma xime possunt apte latinas uoces suo sermone explicitent, & conquisitus unum in locum illis quæ uidentur esse similia, ac cognitionem aliquam habere, uim singulorum & differētiā ostendant. Tanta coniunctio est inter contētionem & certationem, ut propè nihil interesse videatur, in est discriben, qd apparet in certare & contendere. Præterea duo hæc non multum à causa differunt, sed causam tum præcurrunt tum consequuntur. Inter rem quoq; & causam talis est dissimilitudo, qualis ferè inter magistratum & Prætorem, aduersarium & petitorem, iudicium &

& uadimoniū: altera enim *γνώμα* sunt, altera *εἰδομένη*, iudicarum & decretum formae uidentur esse diuersæ sub eodem compræhensæ genere, sed tamen decretum ad res plures quam iudicatum accommodari solet. Iam accusatio & criminatio, unius rei sunt, uerum grauior in uituperando criminatio, accusatio plus habet defensionis, & saepit cum laude. Eiusmodi explicatione uelim exacui puerorum ingenia. Sæpe etiam doctrinæ uirorum oratio, ignoratiōe horum flaccescit. Sed non explicare ista uerū digerere constituimus, quare transeundū est ad ea quæ esse proxima uidentur. Sequemur hic naturæ ordinem, & genus rei secundo loco collocabo: sed illud ex multis colligitur, ut in ciuilibus negocijs ex eo quod causæ est caput, & in quo summa iudicij uerfatur.

CAPVT CAVSAE TA GENIKA.

Causam in aliqua re consistere.

Summam iudicij causamq; totam in aliqua re consistere.

Fieri iudicium de aliqua re.

TA EIΔΟΡΟΙΗ ΤΑ.

Iudicium de probro.

Iudicium de re.

Fieri iudicium de probro.

Fieri iudicium de re.

Iudicium pecuniarium fieri.

Aliquem causam capitū dicere.

NATVRA CAVSAE.

Restanta.

Res implicata controuersijs.

Restanta totq; controuersijs implicata.

Aliquem habere causam eiusmodi, ut &c.

G ij

Aliquod.

Aliquid iudicium uno die posse transfigi,
Multa iudicia ex uno aliquo nasci.
Omnia iudicia fieri.

2 Agendi potestas eadem.

Causa par.

Causam cum causa contendere.

Causa superior.

Alicui non esse ius par cum aliquo.

Alicui cum aliquo non esse parem certationem.

Alicui non par ius reperiri posse.

Alicui agendi potestatem non eandem reperiri posse.

Veritatem multis incommodis debilitatam esse.

3 Iudicium inuidiosum.

Iudicium difficillimum.

Iudicium singulare.

Iudicia difficillima

Aliquem uti iudicio inuidioso.

Iudicium de aliqua re fieri contra omniū consuetudinem.

Iudicij { **Ius**
 { **Iniuria**
 { **Iniquitas**

Aliqua iura inimicissima.

Honestius iudicium.

Vstatum iudicium

Iudicium grauissimum.

Genus igitur causæ cognoscitur, tum ex rei de qua agitur
capite, tum ex eiusdē natura. & hæc ipsa ita distinguuntur, ut
à formis genera diuidantur, & communia separantur ab angu-
stioribus. Colligamus igitur deinceps quicquid ad res ipsas
pertinet,

Compilatio *ii* *c*

DICENDI RATIONE LIB. II.

perinet, priusquam ad personas ueniamus. Considerato igitur genere, redeundum ad ipsa est principia, & ea colligenda, quæ circa principia solent agitari. Constituatur igitur locus alius atq; proximus.

INITIVM LITIS.

ANTECEDENTIA.

Fore controuersiam de aliqua re.

Aliquem agere aliquid uelle.

Controuersia recens.

Alicui controuersiam intercedere cum aliquo, de re aliqua;

Rem aliquam in controuersiam uenire.

CONSEQUENTIA.

Aliquem cupide decurrere ad iura.

Aliquem iudicium postulare.

Vocare aliquem in ius.

Aliquem in ius sequi.

Aliquem non recusare iudicium.

Aliquem iudicium accipere.

Aliquem aliquid iudicio accipere.

Aliquem iudicium accipere in ea ipsa uerba quæ alius aedit.

Aliquem iudicium more & instituto p; magistratū accipere;

Aliquem accipere iudicium pro aliquo.

Aliquem non recusare quin iudicium accipiat.

Nihil hic obscurum est: etenim & ordinis ratio constat, & singula quid significant clarum est: nisi illud fortasse commone-
nendum sit, qui accipit pro aliquo iudicium procuratorē esse,
qui uero non recusat quin iudicium accipiat, de aduocatis di-
ctum esse, sed ad procuratorem etiam posse transferri.

EXITVS

EXITVS LITIS.

TA RENIKA.

Aliquem de re aliqua decernere.

Aliquem de re aliqua contendere.

Aliquem pro re aliqua dicere.

Aliquem de re aliqua causam dicere.

Aliquem aliqua lege perire.

Aliquem conditione aliqua perire.

Aliquem in pari causa discedere inferiorem.

TA EIΔΟΡΟΙΗΤΑ.

Aliquem uno iudicio de omnibus fortunis decernere.

De predijs alicuius agi.

Aliquem de re pecuniaria contendere.

Hæc omnia alterius partis tantum sunt, & ad reum spectat.

3 Illa communia utriscp.

In singulare iudicium causam omnem concludi.

Ius alicuius rei agi.

4 Ad accusatorem & petitorem ista pertinent.

Aliquem iugulare aliquem ciuem.

Eripere uitam alicuius.

Eripere sanguinem alicuius.

Eripere sanguinem & uitam alicuius.

Aliquem nō uelle uiuere aliquem. Graues hæ translationes sunt: & ad id iudicium adhibitæ ubi de capite alicuius agi.

5 Ad exitum etiam ista spectant & sunt oratoris.

Aliquem orasse causam.

Aliquem perorare causam.

Causam peroratam esse.

Perorare causam contra aliquos.

Iudic

- 6 Judicis est, rem iudicare.
- Condemnare aliquem capit̄s.
- Damnare aliquem capit̄s.
- Dedere aliquem alicui cum bonis fama fortunisq; omnib;
- Judicare secus de aliquo.
- Pronunciare qua lege & conditione aliquis pereat.
- Hinc illa sequuntur
- Rem iudicare.
- Condemnari aliquem capit̄s.
- Aliquem aliqua lege perire.
- Aliquem turpi iudicio conuictum esse.
- Aliquem in causa superiori inferiorem discedere.
- Item ista, aliquem sponsione uincere.
- Aliquem iudicatum soluere.
- Subiungamus in hoc loco certam causæ speciem.

VADIMONIVM.

- 1 Rem incipere esse in uadimonium.
- Aliquem uadari uelle.
- Aliquem uadari.
- Aliquem uadimonium promittere.
- Aliquem alicui uadimonium promittere.
- Aliquem promitti sistere aliquem, tempore aliquo, sed hoc procuratoris est.
- 3 Vadimonium in aliquo loco fieri.
- 4 Aliquem sistere vadimonium.
- Aliquem sisti aliquo tempore.
- Aliquem vadimonium obire.
- Aliquem uenire ad vadimonium.

H Aliquem

DE AMISSA

Aliquem se stitisse.

Aliquem quotidie experiri posse, de petitore dixit.

CONTRARIA.

Aliquem uadimonium non obire, sic & reliqua κατ' ἀπόφασιν commutari possunt, ut

Aliquem se non stitisse.

Aliquem ad uadimonium non uenisse.

Aliquem non sistere uadimonium.

Aliquem deserere uadimonium.

Non esse potestatem expereundi.

Aliquem experiri non posse.

Desertum esse uadimonium.

Desertum esse alicui uadimonium.

Deseri uadimonium.

Non obitum esse alicui uadimonium.

Neminem defendere aliquem iudicio, hoc ad procuratorem refertur.

AD PETITOREM SPECTANT.

Aliquem annum & sex menses nihil petere.

Aliquem producere aliquem conditionibus quoad potest.

Aliquem quiescere.

Aliquem differre cum aliquibus uadimonium.

Aliquem non amplius uadari.

Aliquem uadimonium missum facere.

Multa uadimonia differre.

Rem tacere in contiouersijs aliquo calumniantे.

COMMUNIA VTRIQUE;

Vadimonia differri.

Uadimonia differri.

Vadimo-

DICENDI RATIONE LIB. II.

73

Vadimonium omnino nullum esse.

Sine uadimonio discedi.

Addamus huic loco, quoniam in istud genus causæ saepe in-
cidunt, satisfactionem & sponsonem.

S A T I S D A T I O .

- 1 Aliquos inter se satisdare.
- 2 Aliquem debere satisdare.
- Aliquem ex decreto prætoris satisdare.
- Aliquem aliquibus uerbis satisdare.
- Aliquem satisdare iudicatum solui.
- Aliquem satisdare alicui iudicatum solui.
- Aliquem satis accipere ab aliquo.
- Aliquem aliquibus uerbis ab aliquo satis accipere.
- Aliquem iudicatum solui, satis accipere ab aliquo.
- Aliquem iudicium accipere in ea uerba quæ aliquis edit.
- Aliquem ex decreto prætoris iudicium accipere. sed hoc generalem significationem habet, & sit saepe sine satisda-
tione, aut sponsione.

S P O N S I O .

- 1 Postulare aliquid in aliqua uerba.
 - Aliquem sponsonem facere.
 - Aliquem sponsonem facere cum aliquo.
 - Aliquem sponsonem de probro facere.
 - Aliquem in sponsonem aliquam testes dare.
 - Aliquem aliquid ex sponso agere.
 - Aliquem sponsonem uiincere.
- Iam ad id quod generalius est, & omnes formas complecti-
tur redeamus, & quod cum genere causæ multa habet
communia.

H ij IVDI-

IV DICIVM.

- 1 Iudicia fieri in aliquo loco.
Ius in aliquo loco dici.
Djudicari de re aliqua.
Iudicium esse de re aliqua.
Iudicium fieri de re aliqua.
Aliquos esse in consilio.
- 2 Aequitatem in aliquo loco consistere.
Aequitatem in aliquo loco confirmari.
Aequitatem in aliquo loco consistere atq; confirmari.
- 3 Aliquos uenire ad iudicem.
Aliquos uenire ad virum aliquem iudicem.
Aliquos biennium uerfari in aliquo iudicio.
- 4 Aliquem uenire ad iudicium.
Aliquem pati.
Aliquem honestiori iudicio conflictari.
Aliquem pati iudicium.
Aliquem omnia iudicia accipere, pertinet hoc tum ad reum
tum ad procuratorem: sed Cicero de procuratore dixit.
Accipere iudicium ex decreto prætoris.
Aliquem paratum esse iudicio pati.
Aliquem disceptare de re aliqua.
- 5 Iudicem liberatum molestia discedere posse.

ACTIO.

- 1 Ad oratorem ista sunt transferenda.
Aliquem cum aliquo causam dicere.
Aliquem apud iudicem causam agere.
Aliquam causam informatam esse.
Aliquem causam demonstrare.

DICENDI RATIONE LIB. II.

5

Probare causam suam alicui perfacile.

Aliquem commodius posse causam demonstrare.

Aliquem in causa consistere.

Aliquem satis animo certo in causa consistere.

Aliquem satis animo confirmato in causa consistere.

Aliquē satis animo certo & confirmato in causa consistere.

2 Ordinis sunt aliquem priore loco causam dicere.

3 Aliquem posteriore loco causam dicere.

Accusatoris atq; petitoris.

Accusator Accusatores, Partes accusatoris.

Criminatio accusatorum.

Inaudita criminatio.

Falsum crimen quasi uenenatum aliquod telum.

Aliquem caput petere.

Aliquem cupidissime contendere.

Aliquo iudicio partes accusatoris obtinere.

Audire uocem accusatoris.

Aliquod falsum crimen quasi uenenatum aliquod telum ia-

cere,

Aliquem incipere male agere.

Aliquem pugnare ne aliquis in ciuitate sit.

Aliquem iugulare aliquem ciuem.

Aliquem oppugnare caput alicuius.

4 ORATORIS ACCVSATORIS SVNT.

Aliquem accusare qui defendere consuevit.

Aliquo iudicio partes accusatoris obtinere.

Aliquem contra caput dicere.

DEFENSORIS.

5 Aliquem inuenire aliquem patronum.

H iii Aliquem

62. XI. DE AMISSA

Aliquem paratum esse aliquem defendere.

Nihil precari.

Perducere aliquem aliquibus rationibus ad suas conditiones.

Patronum causam defendere. Defendere aliquem.

Defendere aliquem iudicio. aliquem iudicio defendere.

Omnirecta ratione aliquem defendere.

Defendere aliquem per Magistratum.

Aliquem defendere se contra aliquos.

Aliquem aliquo loco consistere contra aliquem.

Causam alicuius apud aliquem consistere.

Aliiquid alicubi consistere.

Aliiquid in aliquo loco consistere atq; confirmari.

Aliquem commode posse rationem reddere.

Aliquem Rei famæ consulere.

Aliquem ius suum contra aliquem obtainere.

Procuratoris sunt illa.

Aliquem procuratorem relinqueret.

Relinquere procuratorem in aliquo loco.

Aliquem esse procuratorem.

Esse procuratorem Romæ.

Aliquem iudicium accipere pro aliquo.

Aliquem defendere absentem.

Defendere aliquem iudicio.

Defendere aliquem per ius & magistratum.

Aliquem ab aliquo defensum esse.

Aliquem absentem defensum esse.

Hæc commutantur per ἀπφατική, & sunt contraria
rum sententiarum formæ.

OR. II. 11.

ADVO.

DICENDI RATIONE LIB. II.

ADVOCATIONIS,

Aduocatio. aduoçati.

Aduocare aliquem.

Aliquem copiosa aduocatione uti.

Aliquem aduocare potentes disertos nobiles omnes.

Aliquem adhibere uim ueritati.

Interea recusantes nostros aduocatos acerrime summoueri.

Non inepte his adiungetur, οὐδὲν πάντας νόμιμος οὐδὲν
πρώτην, priusq; ad Magistratuū psonas ueniamus.

IVS ET LEX.

Ratio recta, ratio honesta.

Recta atq; honesta ratio.

Vetus consuetudo & ratio, mos & institutum,

Ius & consuetudo.

Ius, ius par, ius alicuius, iura æqua.

Iura inimicissima. Iura extrema, Summum ius.

2 Fas esse fieri aliquid.

Aliquid ius esse. Aliquid ius esse alicuius,

Ius alicuius rei agi.

Aliquem summo iure experiri.

3 Aliquem aliquid facere more & instituto.

Aliquem omni recta ratione defendere aliquem.

Aliquem omni recta & honesta ratione aliquem defendere.

Aliquem iure aliquid facere.

4 Rem ab usitata consuetudine atq; ratione recedere.

Aliquid non licere.

Aliquid non esse ius.

Aliquid non expedire cuiquam, sed hoc ἀρχέλογον est, illa

uero τούτη.

Aliquem

- 5 Aliquem iura describere.
 Aliquem ius in ciuitate constituere.
 Aliquem iura alicuius rei nosse.
 6 Aliquem docere quid suum ius sit.
 Aliquem sibi aliquid arrogare.
 Aliquem ius suum obtinere.
 Aliquem ius suum contra aliquem obtinere.
 Aliquem ius impetrare ab aliquo.
 7 Alicui non inueniri aequum magistratum.
 Alicui non esse ius par cum aliquo.
 Alicui non esse ius par cum aliquo.
 Alicui ius auferri.
 Eripi ius alicui potentia alicuius.
 Nihil esse sanctum in aliquo loco.
 Nihil esse syncerum in ciuitate.
 Nihil esse sanctum atq; syncerum in ciuitate.
 Aliquid multis inituris iactatum atq; agitatum esse.
 Aliquid fieri contra ius & consuetudinem.
 Reliqui sunt Magistratus: quos tres habemus in hac causa,
 Prætorem. Tribunos. & iudicem.

TA GENIKA

- Magistratus.
 Comparare aliquem magistratum.
 Constituere aliquem magistratum.
 Aduocare aliquem magistratum contra aliquem.
 Consistere causam alicuius apud magistratum aliquem.
 Aliquem ab omni magistratu agitatū atq; perterritū esse.

TA EIDOPONITA.

PRAETOR.

præpilā

Præto

DICENDI RATIONE LIB. II.

- 1 Prætorem ius dicere.
- Aliquem ire ad prætorem.
- Aliquem postulare aliquid à prætore.
- Prætorem decernere aliquid.
- Prætorem edicere aliquo modo.
- Prætorem iubere aliquem satidare.
- Prætorem malle fieri iudicium de probro quām dēre.
- Prætorem iudicium constituere ita &c.
- Edictum prætoris.
- Fieri aliquid ex edicto prætoris.
- Fieri aliquid iussu prætoris.
- Ex edicto prætoris bona alicuius esse possessa.
- Ex edicto prætoris mittere in possessionem.

TRIBUNI PL.

- Magistratus auxiliij causa constitutus.
- Alicuius procuratorem à prætore ad Tribunos appellare.
- Petere à tribunis auxilia.
- Appellare Tribunos.

IVDEX.

- 1 Iudex.
- Grauitas iudicis.
- Virtus iudicis.
- 2 Grauitas & virtus iudicis.
- Aliquos uenire ad iudicem.
- Confugere in alicuius iudicis fidem.
- Aliquem sumere iudicem.
- 3 Confugere in alicuius iudicis ueritatē, fidem, misericordia.
- Aliquem iudicem sibi aduocare aliquos.
- Aliquos esse alicui in consilio.
- Aliquos in consilio adesse.

I

¶ Ver.

4 Veritatem apud iudicem ualere.

Fidem iudicis consolari aliquem.

A pud aliquos consilium ex ueritate non ex opibus pendit.
Iudicem non libenter iudicare de capite alterius.

De πραγματικοῖς dicitur.

Aliqui qui consuluntur.

Esse aliquos qui consuluntur.

Concurrere ad aliquem eorum qui consuluntur.

Hic unus est locus causarum forensium, copiosior quidem quam legendo aliquis potuisset animaduertere, tamē non plenus, propterea quod ex hac oratione tantum est conflatus. Nec enim in uestris pandectis nihil desideratur, eorum quae comprehendere debent communia illa capita, quae tituli à uestris autoribus sunt appellati. Sed rerū tum uarietas, tum usus locos copiosos plenosc̄q; facit. necq; uno in loco nō solum illi ampli atq; diffusi in particulas multas impleri non possunt, sed ne illi quidem qui natura sunt angusti, statim omnia possunt habere aceruata. Nam cum ex societatis ratione hoc iudicium orum sit, tamen non multæ sunt loquendi formulae in hac causa, quæ ad eam rem pertineant. Præter has enim nullæ sunt aliae, quas quidem nos uidimus.

1 Societas. Voluntaria societas. Hæreditaria societas.

Societatis iura. Res atq; ratio societatis.

2 Aliquem nosse societatis iura.

3 Res gesta & contracta.

Rem gestam & contractam esse.

Aliquem societatem cum aliquo facere.

Aliquem sibi socium aliquem adiungere.

Aliquem facere societatem aliquarum rerum.

Alicui

- Alicui cum aliquo societatem intercedere.
 Alicui cum aliquo societatem esse.
 Aliquem socium edere in bonis alicuius.
 Aliquem esse socium.
 Aliquem cum aliquo societatem coire.
 Aliquem cum aliquo coire societatem uoluntariam.
 Aliquem aliquid in commune conferre.
 Aliquem aliquid impendere & in commune conferre.
 Aliqua comparari in aliquo loco.
 Saltus agere communis.
 Aliquid de communii ad se in priuatam domum seuocare.
 Aliquem magna fide societatem gerere.
 Fide societatem coli.
 Aliquem iura societatis non nosse.
 Fraudare aliquem in hæreditaria societate.
 Aliquos cōmunicare inter se de tota re atq; ratiōe societatis.
 Aliquos decidere de rebus rationibꝫ societatis.
 Societatem alicui debere aliquid.
 Neq; ex societatis ratione neq; priuatim aliquem alicui debere aliquid.
 De rationibus & controversijs societatis dijudicari.
 Ius societatis agi.
 Angustus est hic locus, neq; tamen ob id est negligendus.
 in rarissipius existit destitutio, & in illis que abundat turpius
 est, si erretur. Quare utrumq; diligenter caendum est, ut neq;
 in tenuibus destituamus: neq; in accumulatis peccemus, quo-
 rum alterius uenia non datur, alterum neglectæ exercitationis est
 indicium. Possem totam orationem dissolutam, & ad suas se-
 des redactam in hoc ope explicare, & enumerare, non solum
 rerum, sed etiam uerborum, tum singulorum tum coniuncto-

rum locos omnes, sed quia nimis id longum est, satis esse credo
si ad harum rerū inuestigationem excitem. Nam in libris de-
ratione loquendi scribendiq; latine, eadem præcipimus per-
cimuscq; in hoc loco propositum nobis est, non absoluere ea
quaꝝ necessaria sunt ad instaurandam eloquētiā, sed indicare
solum qua uia possimus ad eiusmodi facultatē uenire quam
ueteres illi tum Latini tum Graci sunt aſſectū. Ad hanc rem
utilissimum est & certe quidem necessarium collectas habere
ſententiarum formas. Tametsi enim res eadem apud omne ge-
nus hominum sunt; tamen eadem non sunt rerum apud omnes
signa. Nam ut literarum non easdem omnes gentes figuræ ha-
bent; ſic etiam diuersa inuenierunt constitueruntq; rebus uoca-
bula, & diſſimiles fecerunt uerborum coniunctiones, quas qui-
gnorat, non ſibi puritatē eius sermonis quem profitetur po-
tent arrogare. Hanc rationem Cicero in conuertendis Gra-
corum ſcriptis uidetur ſecutus eſſe. Sribit enim in præfatione
quam præpoſuit Aeschynis atq; Demosthenis duabus illis lau-
datis orationibus ad hunc modum. Conuerti enim ex atti-
cis duorum eloquentiſſimorum nobilissimas orationes inter-
ſe contrarias Aeschynis Demosthenisq;, nec conuerti ut inter-
pres, ſed ut orator ſententijs ijsdem & earum formis tanquam
figuris, uerbis ad noſtrām conſuetudinēm aptis, in quibus non
uerbum pro tierbo neceſſe habui reddere; ſed genus omne uer-
borum uimq; ſeruant. Non enim mē annumerare lectori pu-
taui oportere, ſed tanquam appendere. Qui hic intelligit, quas
uocet ſententias, quas ſententiarum formas, & quomodo à fi-
guris formæ diſtinctæ ſint, & quid ſit annumerare uerba, quid
appendere: facile uideat, quam rationem in uertendo ſecutus ſit
Cicero. Explicemus igitur quæ ſint illæ ſententiarum formæ,
de quibus Cicero ſribit. Nunquam ociosus eſt humanus ani-
mus,

mus, nouāsc̄ perpetuo colligit sententias, quibus de rebus ipse
aliquid statuat. Res naturæ apud omnes eadem sunt, & ex-
dem apud omnes cum ueræ sunt, rerum sunt sententia. Eadem
enim hominis, leonis, elephantis apud omnes hoīes est forma,
neq̄ illæ definitiones certæ, quibus singulorum formæ expli-
cantur cum ueræ sunt uariant. Illa uero quæ ab opinione orium
tur animorum sensa, magnam uarietatem habent. Constitua-
mus igitur res, tametsi rebus accidentibus sint distinctæ, tamen
in suo genere, eandem habere formam. Sententias uero de re-
bus conquisitas aut perpetuas stabilēsc̄ esse, aut non habere
necessariam confessionem. Vtrunc̄ uero genus intus in ani-
mo inclusum maneret: nisi naturæ autor Deus nobis & uocis
instrumēta, cum spiritu, & ipsarum cogitationum quasi quaf-
dam concessisset figuræ. Alter enim alterius sensa nunquam
uidit, imago uero eorum aut in scribendo per oculos, aut in
pronunciando per aures ad animum potest deferri. Sententias
Aristotelis πρόθυματα τῆς Φυλῆς, harum formias σύμβολα, figu-
ras uero δημιουρατα uocat. Quemadmodum enim sensus mo-
uentur pro rerum obiectarum natura, sic animum comprehen-
siones sententiarum ita afficiunt, ut illæ res solent, quarum ipsæ
sunt simulachra. Sed si sub aliquem sensum cadant illa si-
mulachra, figuræ: si uero ad animum pertinent etiam for-
mæ sunt nominatæ. Figuræ enim ἀπεκνεισμata sunt & ἀπ-
uigiles rerum, & à pictoribus atq̄ sc̄toribus ostenduntur: for-
ma uero σύμβολα. sed non omnes formæ sunt figuræ, omnes
vero figuræ formarum nōmen assumere possunt. In oratione
igitur formæ distinctius dicuntur quam figuræ. Hę uarie sunt
& diuersæ apud omnes gentes, & quemadmodum apud om-
nes non ijdem neq̄ mores, neq̄ instituta, neq̄ uestes, sic uerbo-
rum alia uis, alia compositio est singulis nationibus. Vide-
mus.

mus igitur in oratione illa Demosthenis contra Aeschinem,
 quæ sunt formæ latinae, & quæ atticæ, sic enim melius id de quo
 dicimus cognoscetur. Sumamus primâ illam conuersione, quæ
 est in principio eâmq; dissoluamus, uideamusq; quæ habeat cō-
 munia cum latino, & quæ propria græcus sermo. πρῶτη μὲν
 εὐδέστερος ἀθηναῖος τοῖς θεοῖς δύχομαι τῶν οὐρανῶν
 ἔχω ἐγὼ διατελῶ τὴν πόλει καὶ τὰς τηρίας ὑπὲρ τοσαύτην ἕπετο.
 Φαί μοι παρ' ὑμῶν εἰς τὸν τόπον τὸν ἄγαντα. Primum ego à Dīs Dea-
 busq; omnibus precor, Athenienses, ut quam benevolentiam
 20 constanter erga Rempub. omnesq; uos habeo, eandem mihi in
 hoc iudicio præstetis. Multa græcus sermo hic communia ha-
 bet cum latino, ut πρῶτη, θεοί, δύχομαι, ἔχω, πόλις, τῶν,
 καὶ τοι. Nam etiam latinis est, primum, deus, precor, habeo, ci-
 uitatis, ois, existere, & magna in singulis est similitudo. Verum
 25 tamen in singulis quoq; sœpe magna est dissimilitudo. Nam
 non eo modo latini perseverare dicunt, quo Græci διατελεῖ,
 & quanquam magna est affinitas inter causam & ἄγαντα, ta-
 men non ex eodem sunt deriuata fonte. Deinde tametsi etiam
 singula atq; solitaria eiusdem sint sœpe generis, tamē in coniun-
 30 ctione plerunq; non eandem uim habere possunt. Quanquam
 enim ut græcum est δύνομαι ἔχει sic latinū benevolentia habere,
 tamen Latini habere benevolentiam erga aliquem usitatus di-
 cunt, Græci δύνομαι ἔχει τινὶ receperunt: & præstari benevo-
 lentiam alicui latinius esse puto, quam esse: sed tamen Græci
 35 ὑπάρχει τινὶ δύνομαι habent. Deinde consuetudo multa im-
 mutat: Græcis familiare est dicere ἀνδρῶν ἀθηναῖος. Latini
 duo illa priora plerunq; abiciunt. Hinc est quod Cicero in
 quæstionibus Tusculanis exposuit, Magna me spes tenet iudi-
 ces, at apud Platonem est ἀλλα μὲν ἀνδρῶν ἀθηναῖος. Sed & la-
 tine legimus, non apud poetas solum, o Tite, o Melibœe, uerum
 etiam

etiam apud oratores, o Marce Druse: uerum in coniunctione
rerum differentiū uidendum est quid sit usitatus. Ad hēc no-
minum sepe casus adserunt dissimilitudinem. apud Gr̄ecos est
Deoī trāv̄t̄s nō w̄s̄r̄t̄, Latini per omnes exprimere idem non
possunt, per uniuersos possunt, sed non eadem uis significandi,
ideoq; retinendum est latinum illud, Deos Deāsq; omnes, & à
Dīs Deabūsq; immortalibus precor. à Dīs Deabūsq; omni-
bus opto, hoc enim apud Gr̄ecos σύχεσθαι significat. Itaq; ut la-
tine purēq; loquamur, non numeranda sunt aliarum linguarū
uerba, sed appendenda. Appenditur aut̄ significatione, sono, ¹⁰
utraq; & numero, ut peraeque sint grauia, sonantia, plena, nu-
merosa atq; illa fuerint que sunt conuersa. Quamobrem si nō
omnia uerba poterunt ē Gr̄ecis conuerti, tamē ut generis eius-
dem sint elaborandum est, & conandum, ut uis eadem in si-
gnificando maneat: & si erunt diuersi numeri, efficiendum est ¹⁵
ut neq; dissimilis compositione neque interuallis impar mo-
dus conficiatur. Id siet uerborum pr̄positione, postpositione,
interpositione, appositione, commutatione. In his igitur uelim
pueticā disciplinam institui, ut non solum poetas atq; rerum
gestarum scriptores legant, quorum alteri persepe, alteri p̄p̄e ²⁰
semper à quotidiano more uerborum tum genere tum com-
positione abhorrent: sed etiam oratores legant, qui in commu-
ni usu, & uulgi cōsuetudine & sermone manent, atq; ita legāt,
ut oratores ante poetas & historicos cognoscantur. In omni-
bus uero locos & rerum & uerborum conquerant, eosq; & ple- ²⁵
nos faciant, & exercitatione notos habeāt, sintq; ipsis cum erit
opus in promptu. Facilis ratio est colligendorum atq; etiam
distinguendor̄ locorum: at hēc enumeratio rerum que ad elo-
quentiam comparandam necessaria sunt, prolixam tractatio-
nem recusat; quare de reliquis posthac etiam aliquid explice-
mus.

mus. Subtilis illa ratio tertio loco collocata est, qua præcepta rhetorica traduntur, & ille futurus orator informatur. Per hanc enim primus aditus patefit ad dicendi rationem: illa duo huc adferri, non ex hac peti debent. Sed addendus est sermo quotidianus, ut priusquam discant dicere adolescentes, sciant loqui. Verum enim non illam ex nostro loquendi more consequemur. Vito se pleriq; omnes loquimur, & deformata uerba latina sunt nostra consuetudine, ad quam emendandam necessaria est illa ratio congregandi disponendiq; sententiarum formas: quas tum loquendi consuetudine, tum stili exercitatione quasi in manibus quoties erit opus habere debemus. Sed diligenter, ratio atq; commoderatio in utroq; est adhibenda, ne illa consuetudine ineptam aliquam loquacitatem adiungamus. Est enim uerum quod à Crasso dicitur, peruerse dicere homines peruerse dicendo facillime consequi. Verum deducamus nunc eum qui natura optima præditus est, qui grammaticos magno cum fructu audiuit, qui scit loqui latine, ad dicendi magistros. Quid huic Frossi, si erudit, si uiri boni sunt proponēti: artem nimirum atq; exercitationem. Ars ipsa breui præceptio ne potest tradi: etiam exercitatio, sed plus requirit & laboris & temporis. Sunt enim omnia præcepta ad ea referenda, que in oratoris sunt officio, ad conciliandum, docendum, mouendum. Traditæ sunt igitur partitiones quæstionum, statuum, cœlularum ciuilium, locorum in quibus latent argumenta, explicatae sunt omnes orationis partes, ostensæ sunt rationes quibus animi eorum qui audiunt concilientur, incitentur, reprimantur, habemus doctrinā de ornamentis orationis, ut pura, ut plana, ut ornata, ut apta conficiatur. Hæc omnia breui tempore doceri poterunt, si multitudo atq; uarietas præceptorum uitetur. Nam non modo ad discendum, sed etiam ad docendum satis est.

est cognouisse, ea que Herennio præcepta in manibus sunt, & quæ de oratore ad Q. Fratrem scripsit Cicero, & tres libros rhetoricos Aristotelis, & Hermogenem, quibus partitiones Orationiæ adiungendæ, ad conseruandam memoriam. Tria enim in hoc cognitione atq; cōparatione sunt spectanda, explicatio^s, facilior, adiunctio eorum que desunt, delectus. Certa, n. & ppe tuo proposita esse debet que discuntur, deinde plena atq; perfecta, quæ cum non bene intelliguntur, multa solent adferre in commoda. Sed nihil in his tam firmat & erigit ad agendum laudabiliter aliquid oratione animum, quam Dialectica, quæ ¹⁰ cum oratoris arte recte coniungitur. Vt rāq; enim alteri αὐτί-^{στοφος} est, ut ait Aristoteles, & quasi ad eundem ambe chordum acciuntur. Ergo qui proposito oratoris officio, quod conciliando, docendo, mouendōq; continetur, genera nouit tum finitarum tum infinitarum quæstionum, & ad has, causa-¹⁵ rum status (sic enim ex Græca lingua conuertunt) potest accommodare, iplosq; status per sua capita dispensare, & qui locos cognitos habet, ex quibus tum hæc munit, amplificet, ornet, tum singulas orationis partes in uno quoq; causarum gene re impleat, ad præparandum, ad docendum, ad turbandum, ²⁰ aut quoquo modo afficiendum, eum qui audit, necessaria em aut doctrina de affectibus: qui hæc inquam omnia tenet, necq; imperitus est Dialecticæ, facile poterit ita dicendi præcepta nō multo tempore, si commodum nactus sit ingenium, si instru etum sit idem uerborum copia, tradere. Sed de exercitatione ²⁵ nunc est præcipiendum, parum enim prosunt præcepta, nisi accedat exercendi consuetudo: quæ procreatrix est, omnis habitus. Eam diuidimus, in domesticam, & publicam, sed nobis instituta ratio est de domestica, quæ umbratilis est, & subitur magno quidem illa tædio, sed tamen αὐτικωτι, sine clamoribus, si-

K ne omni

ne omni acie atq; agmine cruenti prælij. Illa igitur sit dome-
stica siue ludicra in scholis rhetorum exercitatio perficitur an-
notatione præceptorum, memoria, imitatione, commentatio-
ne, stilo, consuetudine declamandi. De his sex ante no-
bis scribendum est antequam ad ea quæ adhuc ex illis nouem
restant perueniamus. Post igitur cognita præcepta, aut eti-
am quod fortasse melius est, post inchoatam hanc doctrinam,
proponendi autores sunt, in quibus, quæ in illa disciplina tradi-
ta sunt, quæc; traduntur, aliquando etiam quæ post sunt traden-
da, indicentur. Sed oratores principio sumendi sunt, poetae nū
cum quid deceat poterit cognoscere. Verum illi etiā non mul-
to post tempore adhibendi. Augēt enim ex illis orationis gra-
uitas, non tam uerbis aut eorum compositione, quam tractan-
di modo atq; dictionis genere. Ostendamus igitur in hac ora-
tione quid sit obseruandum, nimirum inuestigandum est ubi
ea sint quæ sunt ante tradita. Antequam igitur ad partes ora-
tionis singulas ueniatur, indicandū est primum quæstionis ge-
nus, deinde id in quo est controuersia, quem statum in scholis
uocant. Postremo ea ex quibus ipse status probatur, hoc est,
τὰ κεφάλαια. Nam illa apud Hermogenem capita, quid aliud
sunt, quam loci uniuscuiusc; controuersię proprij? Cognoscun-
tur autem hæc in eo loco maxime, ubi ipsa constituitur con-
trouersia, quod sit plerunq; post narrationem, uel proposizio-
ne, uel partitio, ut in hac causa: Negamus te bona P. Quintij
Sexte Neui, possedisse ex edicto prætoris. In eo sponsio facta
est. Ex hac enim sententia tum quæstionis species, tum status
intelligitur. Finita enim est, quia est personarum complexio,
Neui scilicet & Quintij. Status uero qualitatis, quia negat ex
edicto, hoc est ex more & iustiuto & recte esse possessa. Sequit
ur partitio, quæ capita controuersię siue status indicat. Ostendam

DICENDI RATIONE LIB. II.

77

dam primum causam non fuisse cur à Prætore postulares ut bona Publij Quintij possideres: deinde ex edicto nō potuisse possidere: postremo non posse disse. Hęc omnia confirmantur ex locis coniecturæ. Quare confirmationis propositio, ad illud genus controversiæ & referendum est, in quo qualis sit res inuestigatur. Confirmatio uero prop̄ tota soxas in n̄ est, cum queritur an debuerit, an uadimonium deseruerit, hoc est, an aliqua sit causa cur postularet, an latuerit, an exiliū causa solum uerterit, hoc est an possederit ex edicto, an omnia possederit, fuerint ne aliqua non possessa, hoc est, an omnino possederit. A fluescant adolescentes, quemadmodum ex narratione argumentum, sic ex cōstitutione causæ atq; partitione, eruere tum quæcūd genū, tum id de quo est iudicium: atq; distinguere confirmationis propositionem ab illis per quæ id quod propositū est munitur. Vtile autem est primum omnium laborem in harum trium cōquisitione suscipere. Quemadmodum enim An tonius non prius ab Oratore uult exordium fieri, quam tota ipsa causa pertentata sit atq; perspecta, sic etiam ante oratio illa quam uolumus cognoscere tota legenda est, & perspicienda & ἐποκατασκευὴν quam de singulis partibus aliquid constituatur. 20

Ἐποκατασκευὴν uoco, causæ primam expositionem & partitionem præcipuam. Nam & Crassus cōstituere causam dicit, hoc est, ἐποκατασκευὴν. Sed & rei gestionem utile est ante cognouisse, it acq; etiam inspicienda est narratio priusquam auditus causæ examinetur. Post hanc considerationem ad partes 25 est descendendum. Vis enim exordij non extrinsecus, ut ait Antonius, sed quasi ex uisceribus causæ trahi debet, qua ex reliquis omnibus magis quam ex ipso principio possunt uideri. Proprium munus exordij est conciliare nobis eum qui audit. accedit eō ut etiam doceatur breuiter, atq; excitetur ad audien-

K ij dum,

dum. Ad conciliationem tria pertinent, σύνασσις, συμβολή, λύσις συμβολῆς. Nam si ante nos dixit aduersarius, periculum est ne alienatus sit à nobis iudex, igitur breuiter resistendum eius criminacionibus, & ipse reprehendendus est, & commendandus est is reus pro quo nos causam suscepimus. Sed hæc siue commendatio siue conciliatio aut ἄδος habet, aut incommodo rum ἀπαρχημοσιμού, aut ex utroq; profectam ἀξιωσιμού. uiro enim bono fauent homines, & eidem calamitoso atq; laborati, libenter boni succurrunt: & adsumus libenter, tum semper uiro bo-

no atq; laboranti, tum præcipue si ita rogemus, ut ipsa postulatio cum laude iudicis absq; adulatio si suspitione coniungatur, admittit quoq; uir bonus atq; seuerus laudem, eaq; utilitatem adfert, sed odiosa est assentatio, ingratæq; blanditiæ sunt. Deniq; quæcunq; significationem uirtutis habent illa conuenienter adhibita benevolentiam pariunt. Hinc illæ etiam ὁμολογίαι in defensionibus peccatorum saepe auditorem mouent, notæ enim non raro sunt animi aut simplicis aut summissi. Ac quid in hac causa aliud Cicero elaborat, quam ut multitudinē incommodorum ac periculi magnitudinem ostendat? In quo illud etiam annotandum est, euentorum denunciations magnam uim habere ad excitandum, flectendum, omnemq; rationem turbandorum animorum. Ex hoc genere est: certe aut apud te & eos qui tibi assunt ueritas ualebit, aut ex hoc loco repulsa uia locum ubi consistat reperire non poterit. Sed hic nimia solicitude suspecta est, quare ne uideamur dubitare de si de iudicis, ut in multis locis exordiorum, ita hic quoq; occupationibus est utendum cuiusmodi illud est: Non eo dico C. Aquilī, quo mihi ueniat in dubium tua fides & constantia. Nihil enim tam est uitandum quam iudicis offensio, mouere atq; turbare eum debemus, non possumus sine nostræ partis periculo

culo offendere. Quare quæ ratio sit mouendorum animorum penitus est cognoscēda, plusenī ad uictoriā adferūt auxilio rum, sententiæ quæ mouent in tēpore quam quæ docent. Duo enim sunt ut orationis, sic sententiarum genera. Vnū est quod docet tantum, & nude atq; simpliciter exponit: ut H̄eredem, testamento reliquit hunc P. Quintium, alterum quod coniunctum est, & ad mouendum imprimis pertinet: ut illud, Ut ad quem summus mōror morte sua ueniebat ad eūdem summus honor quoq; perueniret. Sed duobus modis tū docemus: tum afficimus. Vnus sit expositio e solitaria: ut Cum uadimonia fæ
pe dilata essent, & cum aliquantum temporis in ea re esset con-
sumptum, neq; quicquam perfectū esset, uenit ad uadimonii
Neuius. Item illa: Verum ita se res habet, ut ego qui neq; usu fa-
tis, & ingenio parum possum cum patrono disertissimo com-
parer: P. Quintius cui tenues opes, nullæ facultates, exiguae a-
micorum copię sunt cum aduersario gratiosissimo contendat:
illa ad docendum ualēt, hēc ad conciliandum. Alter modus
est, cum etiam adiungimus approbationem: ut Nec mirum si
eius utebatur consilio, cuius auxilium sibi paratum putabat:
hec probationem tantum habet, illa ad turbandum etiam spe-
ctat: Etenim si ueritate amicicia, fide societas, pietate propin-
quitas colitur: necesse est iste qui amicum locum affinem sa-
ma fortunisc⁹ spoliare conatus est, uanum se & perfidiosum &
impium esse fateatur. In constituendis causis in proponendo
atq; distribuendo, & sepe in narrationibus, illo primo genere
sententiarum utimur, quod nude rem exponit. Quæ tantum
mouent, exordijs sunt aptiores: quæ simul cum proponunt affir-
mant, sepe in narrationes, semper in confirmationes cadunt:
quæ uero ratione adiuncta mouent perorationum sunt pro-
priæ. Sed nihil ita proprium est, quod non aliò aliquando

K iii aut

aut possit aut debeat transferri, attamen scire oportet, quid in
 unaquaq; re perpetuum sit: quid aliunde deceat assumi. Illud
 etiam admonendum esset enumerationes illas incommodorū
 comparatione atq; conquestione fieri uehementiores, nisi hęc
 duo magis ad methodum dictionis atq; elocutionem perti-
 nerēt, quam ad rationem inueniendi. Sed est utile ad docendū
 atq; afficiendum scire, contraria quoq; & dissimilia conqui-
 renda esse. Atq; hinc est quod non solum Quinti inopia atq;
 solitudo denunciatur, sed ex altera etiā parte, gratia opescq; Ne-
 uij oppositæ sunt: neq; tantum Cicero ingenium suum exigui
 esse significat, verum Hortensium quoq; e regione statuit: quo
 res clare demonstrata plus ualeat ad id quod cupit consequen-
 dum. Quanquam saepe & sine comparatione res explicantur,
 ut in hoc principio quæ de aduocatione Neuiana, quæ de pre-
 tore & de agendi ordine conqueritur, uerum ut monui obser-
 uandum est, quid perpetuum teneatur, quid aliquando adsera-
 tur. Commendatione plerunq; opus est in omni uelibulo ora-
 tionis, aliquando criminatione, saepe criminū refutatione, pro-
 pè semper expositione, sed rarius illæ similitudines adhibentur:
 Ita sit ut ego qui tela depellere & uulneribus mederi debeam,
 tum id facere cogar cum etiam telum aduersarius nullum iece-
 rit. sed illa similia tum demum adhibentur, cum aut ornatum
 decentiorem, aut uim maiorem adferunt. Itaq; hęc ad imitan-
 dum sunt obseruanda, illa tenenda. Hoc eo dico ut intelligatur
 esse aliqua quæ in arte præcipiuntur talia, ut semper sint adhi-
 benda: quædam uero quæ aliquādo, necessitatibus sunt, quæ sunt
 perpetua, doctrinæ atq; usus magni, quæ non nisi cum decet
 possunt interseri. Sed nunc ad narrationem ueniamus: de qua
 non multiplex etiam est præceptio. Quid enim aliud traditur,
 quam cum unius generis est, eam esse debere aut ēxclusū aut
 ēxclusū

γνωστονενογ. aut γνωστονενογ. Nam uel nude rem exponimus si est humilis, uel si est dubia, ita narramus, ut singulis sententijs suas adiungamus causas atq; rationes. uel si est magna atq; indigna, non satis est nobis intelligi totum negocium, nisi etiam quasi oculis cerni uideatur. Primo igitur genere in rebus paruis & apertis, altero in obscuris & dubijs, postremo in grauisbus, magnis, periculis utimur. Duo illa posteriora copiosius tractantur, commemoratione παραλειπομένων, πρατητούμων, απτιών, λογισμῶν. Sed illa tria genera, raro singula tam orationem occupant, plerūq; duo, sape omnia adhibentur. Nam tametsi huius causæ expositio multa habeat quæ erat
 τρόπονε sint, tamen illa nuda sunt atq; solitaria. Libellos Sext. Alphenus procurator P. Quintij, familiaris et propinquus Sex. Neuj deinceps, denunciat se se procuratorem esse, istum æquum esse famæ fortunisq; P. Quintij consilere, & aduentum eius expectare, quod si facere nolit &c. Sed reliqua illa duo genera tractantur fusius adiunctione eorum quæ dixi. sit autem illa adiunctio aut praepositione aut postpositione, aut interpositione, causarum & consiliorum, aut hæc ipsa extra conuersionem ponuntur separatim. Hic n. seorsim causa facta postponitur; hæc dem testamento reliquit hunc P. Quintum, ut ad quem summus moeror morte sua ueniebat, ad eundem summus honor quoq; perueniret. Hic coniuncte Nec mirum si eius utebatur consilio, cuius auxilium sibi paratum putabat. In ista interponitur Hic cum rem Gallicanā cuperet inuisere, hominem in presentia non uadatur. Præponitur causa siue ratio separatim in illelis Ait se auctionatū esse in Gallia, quod sibi uideretur se uendidisse, curasse ne quid sibi societas deberet: hæc sunt præcurrentes rationes, sequit̄ res ipsa, se iam neq; uadari amplius, neq; uadimonium promittere, hic uero coiuncte Destitutione illa percussus

percus^sus Quintius à Scapulis paucos dies ausert. Quandoq^s
 iterantur causæ ut Quia quod virum bonum facere oportet
 bat, id loquebat Neuius, credidit Quintius cum qui orationē
 bonorum imitaretur facta quoq^s imitaturum. hoc genus aper-
 tius est & plus habet ornamenti. Eadem ratio est consiliorum,
 sed differunt consilia à causis, quod consilia ad eum spectant
 qui fecit, causæ vero ab oratore adduntur, etiam si ante non
 sint à reo consideratae. Itaq^s hic causa uocabitur Nec mirum si
 is qui uocem uenalem habuerat, ea quæ uoce quæsiverat ma-
 gno sibi quæstui fore putabat. Illic cōsilium Qui hunc in sum-
 mas angustias adductum putaret, ut eum suis cōditionibus in
 ipso articulo temporis astringeret, assent se negat daturum. Sed
 finguntur plerūq^s consilia ab oratoribus: & diligens exerci-
 tatio requiritur, ut subito & cōuenienter cum opus erit accom-
 modentur. Quamobrem illud teneatur nullum narrādī genus
 esse quod non sit aut simplex aut munitum rationibus, aut ita
 explicatum, ut gestio rei quasi cerni putetur. Quæ vero narran-
 tur, aut rem esse aut causam rei, aut de ipsa re consilium. Rerum
 duplex genus est, aut .n. facta sunt quæ fieri uel decuit, uel con-
 tra quæ sunt uerita: aut non facta, quæ facere oportuit. Vt rūq^s
 suas habet annexas causas, applicatāq^s consilia. His quatuor
 corpus narrationis crescit atq^s condensatur. quidam addunt a-
 gendi modum, qui si admittitur ad tertium genus adhibetur,
 sit enim res eo illustrior. Sed comprehendi potest sub consilio.
 Ad hanc bipartitam distributionem tertia diuisio addēda est,
 qua partimur narrationū formas, in probabilem apertam sua-
 uem, nam breuitatis illa sp̄cies aptæ orationis ancilla est. Oia
 hæc tum in tota narratione tum in singulis membris confide-
 rantur. Sed ἡ τιθενόμενη καὶ στραφλέσσα æquabiliter in omnibus
 fusa esse debet. Suauitas saepè breuiter interponitur, aliquan-
 do

do retinetur in omnibus. Quanquam enim semper tardium
fugiendum est, tamen sit non semper ut delectatio conquista
esse videatur. Suavitatem habet ille locus, nam neq; parum fa-
cetus scurra Sex. Neius, neq; inhumanus preceo est unquam
existimatus; & ille, Tum iste vir optimus, uereor ne se derideri
putet: quod iterum iam dico optimus. In hoc probabilitas est
capta: Quintius porro istum facere posse videbat, debere in
telligebat, mentiri, quia causa cur mentiretur non erat, non pu-
tabat: quasi domi nummos haberet ita Scapulis constituit se
daturū. Dilucida oratio in uniuersis spectatur magis quam in 10
singulis, acquiriturq; rerum ordine & uerborum compositio-
ne. Sed querat aliquis quō illae declamationes referenda sint,
qua ex re intelligi facile potuit nullum officium esse tam san-
ctumq; solenne, quod non auaricia comminuere atq; uiola-
re soleat &c. Affectus ipsi Frossi etiam illi uehementes suauitatem 15
adserunt. Hoc ab Aristotele in Rheticis est indica-
tum, notum enim tibi locum esse credo libro secundo Rheto-
ricorum, οὐδὲ καὶ τὸ δράκτος ἔδινε, διατερεῖ δικηροῦ ἐπίνοια ποθε-
νοῦ, ὡς τολέν γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο, addit etiam,
καὶ τὸ ταῦς τλεσας ἐπιδυμίαις ἀκολούθες τις ἔδονται, illud quoq; 20
adiungit καὶ τὸ τοῖς τίτθεται νὺ δράκων ἐγνωται τις ἔδονται. Ea
causa est quamobrem ille breues declinatiūculæ in narrando
ad mouendos animos siant. Dum enim irascuntur auditores,
narranti, quæ res eos motus adserunt. Nunc id quod post ex- 25
positionem huiuscæ causæ est, quid nam sit, & cuiusmodi tra-
ditionem habeat, obseruemus. Excursus illi qui à Græcis
infors sunt nominati, cum in omnibus causarum locis sæpe
utiles esse, in arte ostenditur, tum quemadmodum post rem
probatam, sic post narratam etiam magnas frequenter com-
L moditates

moditates habere, etiam illas quæ sunt prolixiores. Sed post narrationem sæpe eadem propè est digressionum methodus, cum exordiorum ratione, nam & σύστασις habent & σύστασις τέσσερις est narrationis, sic ante confirmationem, post illam decurcionem factam quoddam debet esse ueluti uestibulum antequam ad partitionem causæ ueniatur, quæ probationis est tanquam caput, ad quod omnia quæ dicentur sunt referenda: ut in hac excursione Commendatio enim est, cum ait, Iudicium esse C. Aquili non de re pecuniaria, sed de fama fortunisq; P. Quintij uides. Illuc criminatio, Illud etiam restiterat, quod hesterno die fecerunt, ut te in ius adducerent, ut nobis tempus quam diu diceremus præstitueres. Refutatio duplex est, aut eorum quæ constat esse obiecta, aut eorum quæ ab ipso prouidentur oratore, hoc certum erat, Queritur priore patre no causam defendantे nunquam perorari potuisse, illud ante prospectum, Nec illud mihi arrogabo, me posse commodius causam demonstrare, quam antea demonstrata sit. προκατάστασις uero cum illa sit declinatio ad aduersarium, Faciam quod te sæpe animaduerti facere Hortensi, totam causam ex dictio nem certas in partes diuidā, qui locus etiam urbanitate non caret, illud enim consuetudinem Hortensij in diuidendo. Sequitur igitur partitio tripartita, Cum uero omnis partitio ad certam aliquam propositionem accommodetur, utranc; hoc in loco coniunxit, Negamus te bona P. Quintij Sextie Neui posse disce ex edicto Prætoris. Propositio hæc est confirmationis, utrum quoniam illa uarie probatur, & quia unius conclusionis argumenta plura esse possunt, ut traditur in Dialecticis, eò partitio additur, quæ confirmationem intra certos terminos regnat, Ostendam primum causam non suisse, cur à Prætore postulares

stulares &c. Sed in hac causa repetita est partitio, q̄ causa est
 qd ἐφίσιμη interposuit: non n. dissimulat Cice. diligētiā, q̄ian
 tacunḡ potuit adhibere. Consideratis autem in partitione atq;
 tota προκατασύνη, illis quę in arte p̄cepta sunt, proximum est
 ut ad confirmationem descendatur, quae s̄epe uarijs nititur pro
 bationibus. Nam cum hic summa quæstio proposita sit, nega-
 mus te bona P. Quintij ex edicto Prætoris possedisse, ad eam
 confirmandam tria adferuntur. Non enim fuit causa cur postu-
 lares, non potuisti ex edicto possidere, non possedisti. & hæc
 ipsa uarie comprobari solent. Nam ad confirmandum non su- 10
 iſſe causam cur postularet, duas adiungit rationes, q̄ nō debue-
 rit aliquid P. Quintius, q̄ uadimonium non deseruerit, quæ
 duo ad coniecturæ capita pertinent. Enumerat Hermogenes
 decem quibus omnis coniectura iudiciorum stabilitur, Πρα-
 γματικῶν τελέγχων ἀπάντησιμων, βόλησιμων, τὰ ἀτὸν ἀρχῆς ἀ- 15
 τελεῖς, αὐτοτίληψιμων, μετάληψιμων, μετάθεσιμων, τιθαντικῶν ἀπο-
 λογιαῖς, κοινωνικῶν τοιότητα. Sæpe enim fit ut actionis ratio a no-
 bis recusetur, quale est, Inique fit me qui caput alterius defen-
 dam priore loco causam dicere. & si testes sint, si quæstiones ha-
 bitæ, magis constat de facto. Voluntatis etiam significatio, atq; 20
 agendi facultas multum ad probandum ualent, quæ ipsa duo
 ex loci, temporis, causarum, personarūm complexu stabiliuntur. Illa enim sunt τὰ ἀτὸν ἀρχῆς ἀτελεῖς, quæ cum rebus sunt
 coniuncta, multum etiam ad debilitandam criminacionem ad-
 uersarij adfert, posse recta ratione defendere, ea quæ tanquam 25
 propriæ rei notæ proferuntur ab accusatore. & in hac defensio-
 ne illa μετάληψις uehemens est, nō recte postulaſti ut bona P.
 Quintij possideres; & si recte id facere potuisses, tamen non de-
 cebat amici socij propinquī bona postulare, qui locus qm ad
 mouendū multum est accōmodatus, θεσδὲ κοινωνικῶς, est

illustratus, non raro etiam causam alia praeteximus quam eam
 quae ab aduersariis adfertur, quod genus μετάθεσης αἰτίας Her-
 mog. uocat, ut Tribunos appellauimus, nō quod pati iudicio
 recusauerimus, sed ut contra iniquitatem Prætoris fieret inter-
 cessio, consunguntur etiam capita, ut hic, eum magistratu ap-
 pellamus, q more & instituto auxiliij causa est institutus. Quid
 uero sit οἰδηπότελον, facile intelligitur. Est enim uehemēs
 defensio, ut q in publicum prodij, nō temeritatis argumentū,
 sed innocentiae est, quod sepelij non id celandi causa, sed pietā-
 te motus sepelij insepultum. Verum hic obseruādum est, neq;
 in omnem causam omnia incidere capita, neq; omnia in confir-
 mationem seuocari. Tota enim illa conquestio προγραφική est
 in exordio, quod priore loco causam dicat: sēpe etiam testibus
 destituimur, sēpe facultatem nobis fuisse certum est, quare diffi-
 culare artis est, & uoluntatem tātum proferre. Sed querat for-
 tassis aliquis, quomodo illa quaē Græci κέφαλα uocant, diffe-
 rent ab argumentorum locis: ut hoc intelligatur, uidēdum est
 discrimin quod est inter ιητύματα, σάστερες, κέφαλα, τίσεις. Sz
 pesit ut unum idēmque factum uarijs modis probetur, itaq; ua-
 ria sēpe existunt ιητύματα, hoc est, quæstiones. Sed quæstionē
 uocamus proprię eam, quæ prima est, atq; statum complecti-
 tur: ut hic quæstio est, an Neuius possederit bona P. Quintij
 ex edicto Prætoris, id est, an recte possederit, unde status con-
 ficitur qualitatis, ergo in eodem loco & quæstio est, & indica-
 tur status, qui suos habet proprios locos, qui uocantur capita,
 ad quæ ille τίσεις siue argumenta ex locis eruta referantur. Va-
 ga enim sunt sēpenumero argumenta, nisi ad certum caput di-
 rigantur, & id caput ineptum est, si non ad statum accommo-
 detur eum qui est præcipius. Quemadmodū enim apud Dia-
 lecticos in consciendis προσυλλογισμοῖς τὰ ἀσύνταχτα uitandā

da sunt, ex quibus syllogismus neq; unus neq; compositus fieri potest: sic etiam Oratori cauendum est, ne quid aduocetur a questione alienū. & ut in προσυλλογισμοῖς non omnia possunt intertexi media, sic etiam neq; in quoduis caput quaeruis incidunt argumenta. Itaq; ut apud Dialecticos media syllogismis, syllogismi propositis adaptantur: sic oratoriae illæ probationes ad sua capita, & hæc ad status atq; questiones sunt annexenda. Debet enim horum omnium mutuus esse contextus. Verum illud etiam est notandum, ut apud Dialecticos ex eodem ali quando rerum ordine egredi ad proximos licet, ut rem unam definiamus, sic etiam ad unius status confirmationem aduocari quoq; ex reliquis auxilia. Non enim solum ita definimus hominem, ut sit animalmentem habens, sed etiam quod disputat, quod canit, quod rideat, quæ rerum sunt accidentia. Neq; tantum inde probamus iure cæsum esse, quod fuerit ciuitis manus, uerum etiam quod insidiator, ad cuius probationem conjectura loci adhibentur. Sæpe eiusdem loci sunt & questio & defensio, ut an iure sit cæsus, hic quale sit factum spectatur, accedit defensio, quia ciuius fuit malus, quia ciuem malum licet occidere, que eiusdem est generis. Sæpe sunt hæc duo dissimilia. ut, non possedit ex edicto. hic uidetur an aliquo certo iure possederit, additur ratio quæ conjectura munitur. nā non fuit causa cur postularet. Sed cum horum ratio constet, uideamus nūc quomodo questionis propositionem Cicero in hac causa confirmet. Est enim unica questio, sed tripartita defensio. Nam id circa ex edicto Praetoris non possedit, quia non fuit causa cur postularet, quia Quintius in uerbis edicti non comprehenditur, quia non omnia possedit. Ac notandum est, in partiendo summa genera conquirienda esse, ut breuis sit distributio. Formæ enim fusiorem, quam genera, diuisionem habent. hoc est

L iiij quod

quod Cicero dicit generibus illustrare. Ante perorationem enim singulatim uaria enumerat, quæ antea cōfirmauit, sed hęc ipsa tripartitō proposuit. Nam ut non singula commemorem, etiam illa uaga sunt, quia nihil debuit, quia uadimonium non deseruit, quia non latitauit, Quia nō exiliū causa solum uertit, quia ad domum quam Romæ Quintius habuit non aspirauit, quia seruos complures non possedit, quia in prædia priuata Quintij non uenit, negamus ex edicto Prætoris possedisse. Se ptem illæ coarctari ad tria membra debuerūt. Postquam enim nec debuit, nec uadimonium deseruit, non fuit causa cur posstularer. quæ est prima pars partitionis. & quoniam nec latitauit, nec solum uertit exiliū causa, nō potuit possidere ex edicto: hoc alterum membrum est. tertium inde cōficitur, cum domū Romæ non attigerit, cum seruos complures non possederit, cū non uenerit ad priuata prædia, constat nō possedisse, propterea q̄ bonorum possessio spectatur in uniuersis. Ac cū primis illud etiam repetendum est, oēm probandi rationem tribus rebus cōtineri, quā partitionem Aristoteles tradidit, tñ prius à Platone uerum obscurius & non uno in loco explicate est tradita. Aristoteles aut̄ clare omniū argumentoꝝ quæ ab oratoris arte inueniuntur tria statuit genera. Vnum est eorū quæ sunt q̄d ἀρχὴ τὸ λέγοντο. alterū q̄d ἀρχὴ τὸ ἀκροατικὸν συστήμα. tertium q̄d τὸ λόγω, οἷά τὸ δικαιώμα ἢ φάνετος δικαιώνα. Hinc illa Antonij apud Ciceronem diuisio mutuata est, qua distribuit oratoris officium in rationem cōciliandi, docendi, mouendi. Multurum enim ad mouendum ualeat significatio pudoris, liberalitatis, æquitatis in Oratore. & plus habent ipſe probationes in dōcendo ponderis, si ita rem intelligat auditor, ut etiam eius cognitione turbetur, incitetur, flectatur. Ergo illæ quasi turbatrices sententiae, & illæ cōciliatrices, doctrinibus succurrūt, maximis

mām̄q̄ adferunt opem ad uictoriā. Atq̄ hēc causa est quod
in confirmatione interpositum est illud caput, & locus com-
munis, de immanitate proscribendi bona hominis propinquī.
quæ non tam ad docendum ibi, quām ad conturbanum iudi-
cem sunt commemorata. Omisso hoc in loco prudens notatio-
nem locorum, ē quibus argumenta singula eruta sunt, esset em̄
prolixa illa indicatio, itaq̄ magistrorum atq̄ puerorum com-
mittenda industrie est. Quamobrem ad perorationem perga-
mus, cuius præceptio & breuis est & aperta, sed parui fructus
nisi accedat exercitatio. Quid. n. aliud habent Rhetorum libri 10
q̄ constare cā ex enumeratiōe, & amplificatione. In enumera-
tione uero illud præcipitur, tum ut circūductiones, atq̄ cōuec-
siones ille, quas Græci περίστας uocant, longæ atq̄ turbatæ ui-
tent, quod facile apparet uel intuenti: tū ut firmamentoꝝ, hoc
est, capitū siat frequentatio. Amplificatio plus uirūm habet, in 11
qua tum uerborꝝ tum sententiāꝝ uis est ponderāda. In utrisq;
ēm delectus habēdus est. Nā uerba congrēnda sunt grauia, ple-
na, sonātia. Grauitas estimaſ significatiōe, ut horrere uehemen-
tius dicit q̄ uereri aut metuere: sonus syllabaꝝ mora arq̄ longi-
tudine. Sonātius, n. est ptimesco q̄ ptimeo, tametsi in deflectio-
ne fiunt paria. Itaq̄ cum significandi uī paria sint, tñ sono discre-
pant. Plena sunt que utruncq; habent, ut horribile plenius est q̄
misera. Verū hēc trīpartita uerborꝝ uis uariam cōmoderationē
habet, quæ fit aut iunctura, ut opes fortunāsq; macula turpissi-
māq; ignominia, uita horrida atq̄ arida: aut nouitate, ut q̄stus 12
p querela ut horribile: aut cōmutatiōe siue cognominatiōe, ut
petulātia p petulāte, cupiditas p cupido, sic luxuries, licētia, sic
rusticana atq̄ inculta parsimonia, qđ ponit pro illo, rusticus in
cultus & parcus: aut delectu nō uulgatorꝝ, q̄ etiā in trāslatis ad
hibet, ut acta decursāq; artas: aut ipsa translatione, ut telū p cri-
minatiōe

minatione, iugulare pro accusare, medicinam facere pro pro-
 prio quod est respondere. Hæc omnia deinde aut referuntur,
 aut iterantur, aut duplicantur, aut ascendunt gradatim, ut mi-
 serum, acerbum, calamitosum, funestum, indignum, luctuo-
 sum, horribile. Sed hic ascensus aut cōtinetur sit, aut sit seorsim.
 Verum de ornamentis uerborum atq; sententiarum non hoc
 in loco constituimus aliquid præcipere, igitur ad rerum genus
 de quo secundo loco tractatur, cum instituitur doctrina ampli-
 ficandi. Hic enim tum delectus tum tractatio est applicanda,
 10 delectus debet esse magnarum rerum, ut miserum est exturba-
 ri oīnibus fortunis, miseriū est iniuria: acerbum est ab aliquo
 circumueniri, acerbius à propinquio, & illa sententia, quo mi-
 nus quæ existimatio P. Quintium usq; ad senectutem perdu-
 xit, eadem usq; ad rogum prosequatur. A estimatur rerum gra-
 uitas tum natura, tum usu. Tractatio rerum atq; sententiarum
 continetur conglobatione definitionum, frequentatione ī w
 uliā & ī yμηνιā, comparatione contrariorum, pugnant
 um, dissimilium, demonstratione causarum, effectorum, even-
 tuum, accommodatione celeri exemplorū & similitudinum,
 15 προσωπωσία, de quibus omnibus præcipitur in ornamenti
 orationis. Sed non omnis peroratio omnia hęc admittit. In hoc
 epilogo & comparationes sunt rerum, ut, Eares enim nunc in
 discriben uersatur, utrum ne possit se cōtra luxuriem ac licen-
 tiam, rusticana illa atq; inculta parsimonia defendere. an defor-
 mata atq; ornamentis omnibus spoliata, nuda cupiditati petu-
 lantiæc; addicatur. & significations euentuum, ut miserum
 est exturbari fortunis omnibus, item effectorum, ut, multis ve-
 xatus cōtumelij, plurimi s iactatus iniurijs. Exemplorū quoq;
 breuis comparatio ibi est, qui relicta bonorum uirorum disce-
 plina, & questum & sumptum Gallonij sequi maluerunt: atq;
 etiam

etiam quod in illo non fuit, cū audacia perfidiāq; uixerunt. Fre
quentationes firmamentoꝝ & definitionū cōglobationes, atq;
ille psonae fictiones, locum in hac causa non habuerūt. Scio
me non oia persecutum esse quæ sunt inuentionis, sed mihi far
ris est in singulis uiam aliquam demonstrasse, quod in omni
bus artibus necessarium est, & multas adserit commoditates.
Quare iam de orationis ornamentiſ aliquid scribamus, quæ à
Cicerone & Hermogene perfectissime tradita sunt. Placet em
mī primum illa partitio Crassi apud Ciceronem, qua oratio
nem esse uult & latinam & planam & ornatam & aptam. Sunt 19
etiam hæ formæ apud Græcos, quorū præceptiones habemus
πολικαρπότητος, ηγετείας ο καλλος, ο δευτέρης, σενάριον, sed nō
eadem distributione. Nam puram, id est, latinam orationem,
& planum apertūm̄q; dicendi genus, perspicuitati quam σα
φήσιαν uocant, subiecerunt. & reliquias formas, μέγεθος, γορ
γόνια, ἀριθμος, & λιθαιαν, separatim cum ceteris numerarunt,
Crassius sub ornatu, atq; aptitudine uidetur comprehendisse,
idq; recte. Veruntamen uix plena potest esse cognitio ex illa
Crassi commemoratione, eōq; recte adiungitur Hermogenes,
qui de dicendi figuris non male, mea quidem sententia iudica
vit, sed requirit explicatorem. Sed querat fortassis aliquis
Froſſi quomodo hæc diuifio ab illa differat, quæ est in Orato
re, ubi tria dicendi genera constituit, graue scilicet illud, & sub
tile, & tertium quod est intermedium. Hoc nimirum discri
minis est, quod ad hæc tria, illa quæ paulo ante posuimus adhi
benitur, est enim in unoquocq; horum & claritas & mundicie,
& ornatus & decorū, & amplitudo & celeritas, & expressi mo
res, & ueritatis notæ. Itaq; semper illa triplex ratio proposita
sit, eīq; supponantur octo istæ dicendi formæ, & quæ in fin
gulas incident, annotentur. Sunt enim omnino octo quibus

M perpo-

perpoluntur sententiae: uia ratiōq; tractandi sententias, uerba, uerbōrum conformatiōes, membra, compositio, clausula, numerus. Hęc oratio si cum omnibus conferas grauitatem habet, si cum ceteris orationibus quę sunt Ciceronis, grauitatem quidem ipsa suam retinebit, sed non ita, ut sit uehemētior aut Rosciana, aut Miloniana. Veruntamen etiā ceteris omnibus est illustrata, nihil, n. immundum inest, nihil obscurus, nihil deformatum, nihil ineptū, neq; celeritas sententijs, neq; ampliitudo cum opus est, deest, nihil quod aut à rerum aut morū genere sit alienum. Verba usitata, lecta, significantia, propria, conservatio temporis, casuum, generis, numero, cōtinuationes aptae & ad recordandum & ad intelligendum, non dilacerat sententiae, non ambiguae, non confusus ordo, non asper uerborū neq; hiulcus concursus, summa lux in propōnendo singula, in diuidendo multiplicia, in transeundo ad insequentia, quae puritatis atq; claritatis sunt pręcepta. Iam ornatę orationis doctrina tam late patet, ut & hęc & ceterorum omnium cōmuniā pręcepta multo maxima ex parte complectat, que si omnia hic explicanda forēt, esset nimis angusta huius operis partitio. Pręterea non obscura est de ornamentis doctrina, & in exercitatione atq; usu posita, qui magnus est & difficilis, quo neglegio nostris moribus prop̄ omnis dicendi scientia est amissa. Itaq; necessarium magis esset, ad eundem adhortari adolescentes, quam de elocutionis genere aliquid certius tradere. Prop̄ enim vulgatum est, ornatum omnem esse aut in deligendo, aut in collocando, aut in conformando. Delectus fit aut in proprijs, aut translatijs, aut factis. Collocatio ita adhibetur, ut & ipsa consecutio, concursusq; pręcedentium insequentiumq; tum syllabarum, tum dictionum sic coagmentatus, lenis, æquabiliter fluens, & modum quendam formamq; habeat, hoc est, uerborum continuationem

huationem, conclusionemq; consequatur numerosam. Conformatio duplex est, orationis & sententiarum. Atq; his tribus continetur omnis dicendi scientia supplex. Sed illa electio primum in proprijs applicatur, ubi & aurum iudicium est consuetudo sermonis latini est consulenda. quædam etiam propria quidem sunt, sed peruetusta, quæ à priore genere ita differt, quod illa conquirenda sint, & ponenda saepius, hæc uero modice accersenda & conuenienter & decoro. Cum proprijs destituitur proximus locus est translatis, deinde factis. In translatione enim minus periculi est, si à rebus notis atq; perceptis aliquo sensu sint sumptæ. nouatio ut etiam illa uerborum uetus modum, uenustatem, decentiamq; retineat. A proprijs incepit Cicero, quarum alteram C. Aquili uere or, alteram me tuo, deinde transit ad translata, eloquentia Q. Hortensi ne me dicendo impedit non nihil commoueor, post ad facta, gratia sex. Neuij ne P. Quintio noceat, id uero non mediocriter pertimesco. Vereri enim recte in rebus magnis honestisq; accommodatur, ut apud Græcos est αὐθεντικός, & αὐχένεστος. metuere uero in periculis, ut apud illos etiam γραμματικοὶ καὶ φοργτικοὶ ἢ φοβεροὶ. Iam commoueor quis non uidet natum non esse, sed destitutione proprij usurpatum? Est enim illud sciendum maiorem laborem esse in comportandis, delegendisq; translatis, quam in faciendis atque inueniendis. Ut enim propria, sic etiam translata uerustatem habent, quemadmodum & facta. Neque enim Cicero primus dixit pertimesco, quod tamen à timeo aliqua ætate est deriuatum. Hic etiam eius commonefaciendi sunt adolescentes, nam à paucis obseruantur, ut cum eadem res saepius significanda est, non statim à grauissimis principium faciamus, sed humilio ta preponantur, ut uereor, quod causæ efficientis est uocabulum

Mij bulum

bulum, nempe uerecundia, & cōmoueor quod est effecti, effē
 cta uero ortaq̄ de causis magis animorū sensus mouent, quā
 illa unde sunt profecta. Hinc enim omnes illæ poetarum atq̄
 oratorum amplificationes. Itaq̄ proprium est uereor, sed signi
 ficantius commoueor, quemadmodum utroq; grauius est hor
 rere, quo in peroratione utitur. Eadem ratio seruata est in alte
 ra parte, primum moueor, deinde pertimesco, neq; id simplex
 est, sed coniunctum, nō mediocriter pertimesco, at paulo post
 dicit, summo timore hominem afficit, & postremo loco in ue
 stibulo causæ collocauit, cum tot tantisq; difficultatibus affe
 ctus atq; afflictus. In collocatione quam σωδίη Hermoge
 nes nominat, tria sunt spectanda, σύνθεσις, ανατακτησις καὶ διορ
 ούσ. In σωδίῃ, hoc est, consecutione uidendum est, ut coitus
 literarum sit iunctus, non hiulcus, concinnus atq; illuminatus
 orationis luminibus, non foedus neq; neglectus, æquabilis le
 niscq; non horridus & asper, & ad grauitatem & ad suavitatem
 accommodatus. hæc sunt enim consecutionum uirtutes. Nu
 merus oratorius est, modus formaq; temporum talis, ut à uersu
 cantuq; discrepet. Verum hoc discriminis inter numerum &
 Harmoniam, quod numerus ex breui & longa fit syllaba; har
 monia uero ex acuta & graui uoce, fitq; sæpe ut duo uersus nu
 mero non differant, tamen dissimiles sint harmonia, fit etiam ut
 harmoniam eandem habeant, diuersumq; numerum. Hi enim
 duo, Tityre tu patule recubas sub tegmine fagi, &. Sic canibus
 catulos similes, sic matribus hoedos, pedes eosdem habent, at in
 primo diuersus est syllabarum pressus. at hic, Sylvestrem tenui
 musam meditaris auena, pedes dispare habet, & concentio
 nem non discrepantem à posteriori. Numerus etiam duobus
 modis aestimatur, nam aut toto genere differt, ut pentameter
 in elegeis ab illo qui est in Sapphicis, aut unius generis inter se
 dissona

diffusa est forma, ut ipsi inter se heroici, & inter Sapphicis illa
 conclusio adonij carminis, à p̄currentibus est distinctus. Clau-
 sulæ vero illæ siue conclusiones quas Græci αὐαπεύσεις uocat, 26
 membrorum extrema sunt, sed in conuersionum fine potissi-
 mum iudicantur. Verum numerus grauitatem suavitatemque
 ex compositione atq; uerborum interpunktis consequitur, &
 plenus est in periodo, quæ aut duorum membrorum est, aut tri-
 um, aut quatuor, quem numerum cum aut superat aut non at-
 tingit, nomen amittit. Nam illa μονίωλος compositio cuius
 meminit Aristoteles cum conuersionem non habet, hoc est, ut
 Hermog. nominat ἀπόστοις, non eo nomine digna est, & illa
 continuatio complurium membrorum, ex ipsa consecutionis
 forma nomē mutat, ut uel τριῶν μα uoceat, si absolutæ sententiae
 perfectæq; coniungantur sine conuersione, aut si habeant con-
 uersionem, tamen aliquando propter moram τάσεις, aliquan-
 do propter celeritatem καταφορæ nominantur. Pedum uarie-
 tam illam propè infinitam in numeris faciendis proponere,
 illi qui se exercere uoleat nō laudo. Crassus libro tertio de Ora-
 tote principijs conuersionum, aut etiam membrorum dat he-
 roas, hoc est, dactylum, spondæum, & anapæstum, pæana prio-
 rem, creticum: conclusionibus, choreos & heroos aut alternos
 & parana posteriorē & creticum. In Oratore quem ad Bru-
 tum scripsit, addit dochimum, nominat etiam dichoreum, præ-
 ter lambum & spondæum, uerum continentur in superiori-
 bus. Crassus uero lambum non nominat, propterea fortasse q
 eundem frequētem cum Trocheo repudiauit Aristoteles, qui
 tantum heroum, & pæana utruncq; oratori reliquit. Grauis igi-
 tur & iucunda sit oratio consecutione, conclusione & nume-
 ro, ut in hac conuersione, Quæ res in ciuitate durae plurimum
 possunt, hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore, summa

M iii gratia,

gratia, & eloquentia. Coagmentatio enim uerborum seruata
 est, in consecutione, quod animaduertitur, si transponantur, fie-
 ret enim hilica, & cum periodus sit τέκτων , primum membrū
 cretico & spondeo concluditur, alterum cretico & dactylo, ter-
 tium cretico & iambo, quē recipit in Oratore. His igitur duo
 bus, compositione dico, & clausularum interpunctis, numerus
 extitit oratorius. Illud etiam compositionis est, quod tertium
 illud membrum non in medio positum est, quod fieri poterat,
 sed seruatum ad extremum, ut eius uerba & syllabarum multi-
 tudine, & numeri uenustate, & grauitate significandi aures ue-
 hementius & animum ferirent. Est quoq; illud concinnum &
 artificiosum, quod ιστορία sit, & quod illud impar membrum
 ad finem sit collocatum, ne ipsa concinnitas capta esse uidea-
 tur. Illa uelocior est, sed tamē compositione uralde suauis. Quæ
 quò plura sunt C. Aquili, eō te & hos qui tibi in consilio ad-
 sunt, meliori mente nostra uerba audire oportebit, ut multis in-
 commodis ueritas debilitata, tandem equitate talium uirorum
 recreetur: cīta compositio est non syllabarum uelocitate, sed co-
 nexione non tam uerborum, quam sententiarum, & concinna-
 est propter eiusdē literā syllabāq; crebram repetitionem, qua
 est in his ti, te, te, te, tis, tas, tata, tan, tate, ta, tur. Conclusio etiam
 ipsa Dichoreo præclare considit. Verum hęc de delectu & con-
 iunctione uerborum, nō enim lícet omnia persequi, restat con-
 formatio quam $\chi\mu\alpha\tau\sigma\mu\delta\gamma$ uocant Græci, eaq; bipartita. Nā
 aut uerborum orationisq; aut rerum sive sententiarum, color
 quidam & quasi habitus adhibetur, sic enim illud Græcum uer-
 bum Cicero explicauit. Verū quoniam harum explanatio ua-
 ditam emitemus, in hoc libro est prætereunda, & tantum uni-
 us cuiuscq; dicendi formæ proprij sunt enumerandi colores. In
 illo

filo igitur puro & aperto genere sunt, expositio sententiae nostra, ordo, partitio, propositio, transitus ad altud, iteratio propositi, digestio, continuatio, omnia illa, quae à Græcis καταστηκαν στρατηγικαν τὰ μελοντα ἐνδίσεδαι καὶ τὰ συμπληρωτικὰ nominant, & circumscriptio, & reuocatio eiusdem uerbi, & repetitio, & ad propositum subiecta ratio, & in distributis supposita ratio. Amplæ orationis sunt commoratio una in re, illustris explanatio, ab re non longa digressio, redditus ad rem aptus & concinnus, iteratio propositi, ueritatis superlatio, distributio, morum & uitæ imitatio, personarum ficta inductio, descrip̄io, contentio, commendatio, vox libera & effrenatior, iracundia, obiurgatio, promissio, deprecation, obsecratio, purgatio, conciliatio, læsio, optatio, execratio, uerbi geminatio, immutatio, progressio, reuocatio, interruptio, similiter desinencia, similiter cadentia, paria paribus relata, inter se similia, gradatio, conuersio, uerborum concinna transgressio, contrarium dissolutum, exclamatio, dinumeratio, imago. Ad illud dicendi genus uelox pertinet, præcilio, significatio ad plus quam dixit intelligendum, breuitas distincte concisa, rogatio, percunctoratio, interpellatio, disputatio, dissolutum, partitiones breues & definitæ: In probabile incident extenuatio, rationis apta conclusionis, dissimulatio, præmunitio, reiectio in alium, communictatio, morum & uitæ imitatio, similitudo, exemplum, anteoccupatio, promissio, declinatio breuiuscula à proposito, purgatio, conciliatio, imminutio, in distributis supposita ratio, permissio, sibi ipsi responsio. A ptum uero illud est, in quo hęc omnina modice & cum decoro adhibentur, & mores personarum aut imitando, aut oratione exprimuntur, cuius loci propria est illa morum imitatio, quam etiam superioribus attribuimus. At de obseruatione præceptorum, in qua memoria quoque renoua-

nouationem comprehendō, hactenus. Sed memoria nō solum
 est praeceptorum, nam & scriptarum est, & cogitatarum & le-
 starum rerum. Sed priusquam de cogitandi scribendi & rati-
 ne p̄cipiamus, aliquid etiam de imitatione est tradēdūm. Est
 autem imitatio optimarum rerum, ad quas se excellentes natu-
 rae pleracq; omnes solēt applicare. Omnia autēm imitari possu-
 mus, naturam aliorum non possumus, sed eorum actiones, con-
 filia, facta, scripta dictāq; sunt annotanda, quæ ex illorum natu-
 ra profecta, nostram possunt erudire. Sed nos nunc de imitatione
 eorum loquimur, quæ in aliorum oratione scriptoq; appa-
 rent. Sunt autem hæc, τὰ ἀπλᾶ, τὰ συμπλεγματά, τὰ προ-
 θυράτα, αἱ θουλαὶ, τὰ τλαστά, τὰ χύματα, αἱ μέθοδοι, οἱ φυ-
 σοι. Nam ut ante dixi aliquando simplex rerum tractatio est,
 ubi nudæ sententiæ absq; ulla animorum permotione profe-
 runtur, aliquādo affectus applicantur, nuda sunt, Sponsionem
 facere maluit, fecit, te iudicem C. Aquili sumpsit, ex sponso e-
 git, at ista motus animorum coniunctos habent, Miserum est
 exturbari fortunis omnibus, miserius iniuria, acerbūm est ab
 aliquo circumueniri, acerbius à propinquō, calamitosum est
 bonis eueriti, calamitosius cum dedecore, funestum est à forti-
 atq; honesto uiro iugulari, funestius ab eo cuius uox in prece-
 nio quæstum præstidit. Ea coniunxit rebus quæ ad misericor-
 diam, & odium & indignationem impellunt. Hæc facultas
 tanta est Frossi, ut absq; ea eloquēs nihil efficere possit, eaq; aut
 excellat cæteris, aut cum optimis Oratoribus comparetur.
 De hac ratione primus Aristoteles certa uia & ratione scri-
 psit, & post Aristotelem apud Latinos Cicero. Verum ante
 utrumq; apud Platonem Socrates multis in locis ostendit indi-
 gnūm esse Sophistarum nomine, qui eam doctrinam non per-
 cepit, qua traditur quibus rebus moueantur homines, & qui,

& aduersus quos moueri soleat. Et ut cætera omittam, in Phædro ita Socrates inquit, Επειδὴ λόγος δύναμις τυγχάνει ψυχα-
γωγίας ἔσται, τὸν μὲλοντα ἑρτοεικὸν ἐσεῖδις αὐτόγυνη εἰδίγει, ψυχὴ
τοῦτο εἴδει ἔχει, διότι δῆ τόσα καὶ τόσα, ηγίας οὐ πολὺ¹⁰
ζειοῦται, οἱ δὲ τοῖοι γίνονται. Ζύτων ἡ στολὴ διεργούμενων, λόγων αὖ
τόσα καὶ τόσα δέσποινται εἴδην. κιόνδιον εἴκασον. οἱ μὲν δῆ τοιοῖς εἰς πολὺ¹⁵
τῶν κοινωνεῖ λόγων. οἱ δὲ τοιοῖς τὰς αἵτιαν εἰς τὰ τοιοῖς ἀπειθεῖς,
οἱ δὲ τοιοῖς οἱ δὲ τὰς δινατερθεῖς. Hanc rationē secutus Aristoteles utilissimā de his necessariāmē doctrinam edidit. Sunt autem haec motiones animorum, ira, lenitas, amor, odium, metus,²⁰
confidentia, pudor, impudentia, gratia, non gratia, misericordia, indignatio, inuidia, æmulatio. Sed videndum est quam rationem sequantur Oratores, & poëtæ, historici, in animis aut inflammantibus, aut sedandis. Ut enim affectuum diuersæ²⁵
species sunt, sic etiam orationes ipsæ necesse est inter se dissimiles sint, quibus illi motus excitantur. Sed tamen omnium una methodus est, eaque tripartita, qui scilicet & quibus & ob quæ homines irascantur, inuident, faueant. Etiam illud fateor, esse communes quasdam rationes tractandorum affectuum ut illa quæ sit cōparatione, in qua illud sæpe seruandum est, ut quæ pars³⁰
amplificanda sit, ea ponatur prima, atque reuocetur postremo. ut apud Verg. pastor ille Melibœus in amplificandis fortunis amicis, Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi, Sylvestrem tenui musam meditaris auena. Duobus uersibus eius felicitatem proposuit, addit suam cōditionem, Nos patriæ finis & dulcia linquimus arua, Nos patriam fugimus, redit ad priora, tūc Tityre lentus in umbra, Formosam resonare doces Amaryllida sylvas. Aliquando etiam æquabiliter progreditur, ut Ea res nunc in discrimine uersatur, utrum ne possit se cōtra luxuriem ac licentiam rusticana illa atque inculta parsimonia defendere,

an deformata atq; ornamentis omnibus spoliata tuta cūpida-
tati petulantiaeq; addicatur. Aliquando duplicatur compara-
tio & conseruntur res quatuor, ut illa in exordio in qua se cum
Hortensio, & Quintum cum Neuio componit. Sæpe etiam
sine comparatione fit commemoratio earum rerum, quæ mo-
uere possunt, qualis est Coridonis rusticæ apud Vergil. & illa
Didonis oratio,

Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?

Quem sese ore ferens, quem forti pectore & armis.

40 Credo equidem nec uana fides genus esse Deorum.

Degeneres animos timor arguit, heus quibus ille

Iactatus fatis, quæ bella exhausta canebat. Vterq; recentes,

quæ amorem sui creare possunt. Sed si omnia pertractare pro-
positum esset Frossi, oporteret nouam operis distributionem

45 instituere, hæc autem eo posui, ut uno atq; altero exemplo inci-
tem eos, qui hæc fortassis aliquando sunt lecturi. Itaq; συμπ-

πλεγμα illa uoco, quæ non solum docent sententias, uerum
etiam quæ mouent, quæ turbant, quorum tractationes atq; ex-

positiones arte sunt comprehensæ, obseruari tamen & ad im-

50 tandem proponi possunt. Proxima sunt illa assumpta, sic enim
Græcorum προσλήψεις interpretari possumus, quorum obler-

uatio eam uim habet, ut cum aliquam sententiam nude propo-

sitam cernimus, si eam postea ornamentis uideamus illustratā,
consideremus qua ratione id sit factum. aut contra: sæpe enim

55 fit, ut posteriora contractiora atq; nudiora sint quam illa quæ
præcesserunt. In principio Cicero breuiter iudices sui officij co-

monefacit, Quæ quo plura sunt C. Aquili, eò te & hos qui ubi
tebit, ut multis incommodis ueritas debilitata, tandem æquita-

te talium uirorum decreetur, Quanquam neq; hæc simplex sit,

nam

nam ad propositum ratio est assumpta, sed tamen illa extrema
 postulatio copiosior est, in qua plura accersuntur, quae antea
 sunt commemorata. Cum tot tantisq; difficultatibus affectus
 atq; afflictus in tuam C. Aquili fidem, ueritatem, misericor-
 diamq; confugerit, hæc generalis est complexio: adiungitur,
 cum adhuc ei propter uim aduersariorum non ius par, non a-
 gendi potestas eadem, non magistratus æquus reperiri potue-
 rit; clauditur hæc enumeratio rursus generatim, cum ei summa
 per iniuriam, omnia inimica atq; infesta fuerint: hactenus cau-
 sas applicauit, sequitur obtestatio, te C. A quili uosq; qui in co 10
 silio adestis orat atq; obsecrat, ut multis iniurijs iactatam atq; a-
 gitatam æquitatem in hoc tandem loco consistere & confirmare
 tipati amini. Sed illa prior cōmonitio appositione contrarij est
 amplificata, Quod si tu iudex nullo præsidio fuisse uidebere co-
 tra uim & gratiam solitudini atq; inopie &c. In oratione quam 11
 pro Sex. Roscio Amerino Ciceru habuit, illa sententia nuda est,
 incredibile est mortem oblatam esse patri à filio, sed quo orna-
 tu illam post illustrat: magna est uis humanitatis, multum ua-
 let communio sanguinis, reclamat istiusmodi suspicionibus
 ipsa natura, portentum atq; monstrum certissimum est, hæc 20
 omnia quid aliud significat quam illud quod ante dixit: incre-
 dibile est, esse aliquem humana specie & figura, qui tantum im-
 manitate bestias uicerit, ut propter quos hanc suauissimam luce
 aspicerit, eos indignissime luce priuarit, cum etiam feras inter
 se partus atq; educatio & natura ipsa conciliet. Hermogenes 21
 aliquot genera προσληπτικῶν χημάτων enumerat ἀπεθικ-
 σιν, πλευραῖς προτίμοις, καδ' ὑπόθεσιμ, τλαγιασμόις, καδ' ἐπιφέ-
 λογοῖς εἰς τα πρᾶσαι απλικά, τὰς ὑποσάστεις, καδ' ὑπόθεσιμ. Inter
 res uero que affumuntur, recenset genus cum formis, infinitum
 cum finito, totum cum parte, indicatum, genus rei, locū, perso-

N ī nam,

nam, tempus, modum, causam. Sed non hæc sola sunt, verum
maiorem hæc res requirit institutionem. Ego vero hæc ideo
tracto, ut uideant cadere in imitationem. Vides apud Vergi-
lium principium Aeneidos, Arma virumq; cano, totū ex Ho-
merico illo esse derivatum, αὐτὸς μοι γένεται μάστη πολύβοτη,
quorum alter Aeneam, alter Ulyssem non nominat, sed ita de-
scribit, ut qui uis intelligat, quem uterq; uelit, atqui id totum est
προσληπτικόν.

Verum infelix imitatio omnis est, nisi consilia eius, cuius nos
similes esse uolumus annotetur; absq; eo enim quid doceat ani-
maduerti non potest. Sed nec res ex consiliorum consideratio-
ne solum proponendæ sunt, sed ipsa etiam intuēda consilia. Ci-
cero in libris de Oratore Aristotelis præcepta sequitur, sed in
ratione disceptādī, in ipsōq; personarum genere, tum multa Pla-
tonis, tum Phædrū maxime & Gorgiam uidetur proposuisse.
Primæ enim disputationi Sceuola interest, duabus in sequenti-
bus non introducitur. Huius rei consilium ipse Cicero in epi-
stola quadam ad T. Pomponium Atticum his uerbis explicat:

Quod in his oratorijs librīs quos laudas personam defideras
Sceuole, non eam temere dimoui: sed feci idem quod in politia
Deus ille noster Plato. Cū in Piræum Socrates uenisset ad Ce-
phalum locupletem & festiuū senem, quoad primus sermo ille
haberetur, adest in disputando senex, deinde cum ipse quoq;
commodissime locutus esset, ad rem diuinam dicit se uelle di-
scedere, nec postea reuertitur. Credo Platoneim uix putasse fa-
tis consonum fore: si hominem id ætatis in tam longo sermone
diutius detinuisse. Multo ego satius hīc mihi caendum puta-
ui in Scœuola, qui & ætate & ualitudine ea, qua esse memini-
sti, & ijs honoribus, ut uix satis decorum uideretur, eum plures
dies esse in Crassi Tusculano. Et erat primi librī sermo non alie-
nus

nus a Scæuolæ studijs, reliqui libri τεχνολογίαι habent, ut scis,
 huic ioculatoriæ disputationi, senem illum, ut noras, interesse
 sanè nolui. Vides Frossi consilium, uides cōfessam rationem,
 nos cum eiusmodi nostris adolescentulis indicamus, putant ho-
 mines, non maxime periti rerum, à nobis ista fingi, autorem ue-
 ro nihil tale cogitasse, cum tamē aut in alijs locis idem ipse con-
 siteatur, aut idem propè in omnibus retineat. Nihil putandum
 est temere factum esse, quod concinnitatem & elegantiam ha-
 bet, quodq; ab optimis naturis est profectum. Sed rerum non
 una imitatio est, altera enim latet, qualis est in libro primo illa 10
 Scæuolæ abitio: altera aperta est, ut eodem in libro sub platano
 ille confessus. At illa in primo libro quercus Mariana, etiam
 ex eodem Phædro est detracta, id quod apparet ex raptu Orí-
 thiæ, uerum dissimulata est æmulatio. Sæpen numero etiam re-
 rum cōtriariarum est imitatio, ut in Gorgia Socrates, & in Phæ- 15
 dro Oratorib; omnia detrahit, at Crassus in illa disputatione
 infinitam immensamq; materiam tribuit eloquentiæ. Gorgias
 in se esse profitetur, quæ Crassus à se remouet, & arrogat Ora-
 tori. Hæc dissimilium rerum imitatio significari uidetur ini-
 tio sermonis, cōfidetir enim sub platano: sed Crassus puluinos 20
 poposcit, quos Socrates cum Phædro non habuit. Plato etiam
 Gorgia, atq; caeteris Sophistis ornamenta dicendi concedit, at
 sapientiam ausert. In Crasso autem Cicero & humanitatem, &
 gratuitatem, & orationis copiam ostendit. Hęc de consiliorum
 notatione, sequitur fictio rerum, quæ felicius adhibetur cum 25
 quemadmodum ea usi sint homines in dicendo perfecti intelle-
 xerimus. Sed alia poetarum est, alia uero oratorum, Poetica ue-
 ro sunt,
 Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnū
 Flebant, uos coryli testes & flumina nymphis:

N ij

Cum

Cum complexa sui corpus miserabile nati,
Atq; deos atq; astra uocat crudelia mater.

Totus ille locus fictione est politus, & aperte falsa quę dicuntur à Moplo, sed apud Menalcam dicit, qui iſdem ornamenti delectatur, nec minus felix est in eodem artificio, sed in contraria re,

Candidus inuersum miratur limen Olympi,
Sub pedibusq; uidet nubes & sydera Daphnes.

Eandem rationem hic in relata, quam alter in tristis est secutus, sed utriusq; uia commenticia est, & ad delectationem comparata. Oratorem ita singere oportet, ut mendacij nulla appearat significatio, ut uel ad excusandum faciat quod dicitur, ut Quintius porrò istum posse facere uidebat, debere intelligebat: mentiri quia causa cur mentiretur non erat, non putabat: uel ad criminandum, ut qui hunc in summas angustias adductum putaret, ut eum suis conditionibus in ipso articulo temporis astringeret, assēm sese negat daturum, tam uerisimile ut truncū uideatur, ut quasi cognitum, exploratum, confessumq; uideatur. Non hæc oratores ex reis cognoscūt, sed de suo addūt: uerum ita ut rei causa atq; ueritas patiatur. Sed aliae præterea multæ causæ sunt, quamobrem fictis utendum sit. Etiam illa cōmenticia sunt, in quibus tacitas cogitationes aduersariorum quasi ab eorum ore accipimus, quæ ratio multum ualeat ad hominum mores exprimendos: eiusmodi illud est, Quid ad hæc Neuius? Ridet scilicet nostram amentiam, qui in uita sua rationem summi officij desideremus, & instituta honorū virorum requiramus. Quid mihi, inquit, cum ista summa sanctimonia ac diligentia? Viderint inquit ista officia uiri boni. de me ista considerent, non quid habeā, sed quibus rebus inuenierim queant, & quemadmodū natus, & quo pacto educatus sim, me

miniuetus est de scurra, multo facilius diuitem quam patrem
familias fieri posse. Vide quod neque stultissimus neque impuden-
tissimus de se confiteretur, hoc tamen oratione quasi extor-
quetur; sed tamen quia incredibile uidetur, solent occupatiūn
culæ addi, ut eodem in loco: hæc ille si uerbis non audet, re qui-
dem palam loquitur. Quanquam hæc etiam ad Methodos, sed
quia ficta sunt, ad hunc locum proprie spectant. Nunc de figu-
ris agamus, quæ quoniā aliam præceptionem habent, aliam
vero tractationem, etiam cum obseruatæ sunt ab Oratore in
re seria adhibitæ, imitationem adiuuant. In arte enim nudi illi ¹⁰
atq; simplices colores proponuntur, in scribendo uariam tra-
ctionem, & inter se multiplicem mixtionem habent. Nam ut
de una illa dicam, in qua paria paribus referuntur, & similia si-
milibus, & contraria contrarijs: in arte unum aliquid adiungi-
tur exemplum, at Oratores non unam rationem tenent. Hic cō ¹⁵
traria contrarijs redduntur, Plus huius inopia possit ad miseri-
cordiam, quam illius opes ad crudelitatem. Hic paria paribus,
Nō ab homine alieno, neque ab aliquo calumniatore, atq; im-
probo, sed ab Equite Romano, propinquo & necessario suo. tri-
bus enim propositis tria subiecta respondent. Hic oīa tria simul ²⁰
miscentur, Etenim si ueritate amicicia, fide societas, pietate pro-
pinquitas colitur: necesse est is qui amicum, socium, affinem,
fama ac fortunis spoliare conatus est, uanum se & perfidiosum
& impium esse fateatur. Vna circunductione trium membro-
rum omnia complexus est, paria, similia, cōtraria. Principium ²⁵
enim periodi multa incisa unico membro continent, præcurren-
tium & consequentium rerum, & propè par est rerum multi-
tudine duobus in sequentibus. Alterum membrum ubi con-
uersio incipit similia habet, nempe illa quæ uocantur aut *amiciciæ*,
amicicæ, aut *amicicæ*, amicum, socium, affinem, quæ similia sunt *amiciciæ*,

104 DE AMISSA
miciciæ, societati, propinquitati. Tertium contraria adfert con-
sequentium, ut uanus, perfidus, impius, quæ opponuntur pie-
tati, fidei, ueritati. Hæc cum annotata in aliquo præstanti scri-
ptore sunt, facilius imitando exprimuntur, quam à nobis inue-
niri possunt. Quare suadeo ut in eiusmodi propositis exem-
plis adolescentes exerceantur. Nos antea tale aliquid secuti su-
mus, ubi de natura egimus, sed tamē aliquid commutauimus,
quod tum fieri debet, cum res aut requirit aut permittit. Ete-
niam si officium caritate, diligentia commendatione, approba-
tio existimatione, copia exemplis bonorum gignitur, necesse
est in ea Repub. neq; inofficiosos, neq; negligentes, neq; repu-
gnantes, neq; paucos esse qui excuantur ad res præclaras, si be-
nevolentia, si laudationes, si autoritates, si exempla non defint.
Sed qua ratione unum ἔνα μα multiplicitate in formetur, &
25 quomodo omnes figurae inter se misceantur, plenius in libris
de ratione scribendi loquendic; latine doctrinam instituimus.
Varia enim hæc præceptio est, & integrum aliquam separa-
tamq; à cæteris suscepit, operis partem requirit. Nunc de Me-
thodis, quas Hermogenes copiosius quam cæteri, quorum qui
20 dem scripta extant, tradidit, sed in alia doctrina, & aliter quam
nos. Crassus indicat tantum, uerum non explanat exemplis,
deinde methodos conformatiōibus miscet, quemadmodum
etiam nos paulo ante, sed cum de imitatione præcipitur, seor-
sim sunt collocandæ. Neq; iam de tripartita illa ratione loqui
25 morimur, n̄ τεχνικὴ μέθοδοι ut αὐτόνομοι, ut συνθετικὲ σύστη-
μα, ut διαιρετικοί, quæ aut ad genus aut ad definitionem rei solet
adhiberi, quanq; etiā hinc maxima uis ad amplificādum acce-
sūt. Verū de illis loquimur, quæ singulis tum questionibus,
tum conuersionibus, tum sententijs applicātur, ut narratio sim-
plex

plex absq; assumptione, ut digestio reprehensionis & confir-
 mationis, significatio rerum aut obscura aut aperta, adiunctio,
 interpositio, cōmoratio, separatio, ordinis cōseruatio, eiusdem
 commutatio sive inuersio, declinatio, præteritio, affectuum si-
 gnificatio quæ sit oratiōe, ut optare, iurare, admirari, irasci, Grēc;
 eihēc uocat ἀφήγησιμ αὐδὶν προσλήψεως, ταξιμ τῶν αὐτιδέστεων οὐ
 λόγων, ἐπισημάνειν μυστικῶν καὶ ἀπόγακαλύπτως, ἐπισύναψιμ,
 ἐπιειδολίων, ἐπιμονῶν, διάκονιμ, σώζειν τὰς ταξιμ, αὐταξιέφειν τὰς
 ταξιμ, ἐπορθοφίων, οὐχιών, ὅρκου, θαύμασμά, ὁργῶν. Horum obser-
 vatio tantam uim habet, ut præceptis tradi non exakte possint, 10
 neq; inueniri nisi ab optimā natura, notari tamen in alijs à me-
 diocri ingenio possint. ἐπισύναψιμ appositionem uoco, quæ
 dignitatem rebus addit, & uitia tollit in compositione. In Tu-
 sculanis questionibus Cic. hac utitur conuersione. Et cum om-
 nium artium quæ ad rectam uiam pertinerent, ratio & discipli- 15
 na studio sapientiae, quæ philosophia dicitur, contineretur, hoc
 mihi latinis literis illustrandum putauī: hæc continuatio quia
 uerba est, atq; subito desinit, quod uitium est in oratione, emen-
 datur id ἐπισύναψιμ quæ contrariam circūductionem habet,
 breui scilicet principio, & conuersione longiore, ut, non quia 20
 philosophia Græcis & literis & dictionibus percipi non pos-
 sit, sed meum semper iudicium fuit, omnia nostros aut inue-
 nisse per se sapientius quam Gr̄cos, aut accepta ab illis fecisse
 meliora, quæ quidem digna statuissent, in quibus elaborarent:
 hac ratione ex coniunctione utriusq; æquabilis facta est com- 25
 positio, & sublatum uitium & comparata dignitas. Eius etiam
 generis illa est, Itaq; te hoc obsecrat C. Aquili, ut quam existi-
 mationem, quam honestatē in iudicium tuum prope acta iam
 ætate decursa q; attulit, eam liceat ei secum ex hoc loco auferre.
 unicō membro clauditur, itaq; annexitur, ne is, de cuius offi-

O cōcio

cio nemo unquam dubitauit, sexagesimo denique anno dedecre
re macula turpissimacque ignominia notetur. *Exiquorā uoco, cū*
in uno loco multa uerba sententiæcque multæ consumuntur, ad
amplificandum, ad mouendum acrius animorum sensus. Sed
præter alia illud etiam in hac obseruandum est, quod qui artifi-
ciose scribunt, retinent membrorum æquabilitatem, ut in illa
exaggeratione, illico ne ad Prætorem ire conuenit, continuo ne
uerum fuit postulare, ut ex edicto bona possidere liceret, ad
hæc extrema & inimicissima iura tam cupide decurrebas, ut ti-
bis nihil in posterum quod grauius atque crudelius facere posse
reseruares? tres sententiæ sunt unius rei, sequuntur tres alia, id
quod ex uerborum distinctione intelligitur, nam quid homini
poteſt turpius, quid uero miserius aut acerbius uenire?
quod tantum euenire dedecus? quæ tanta calamitas inueniri
poteſt? insequitur etiam tripartita comparatio, cuius pars ex-
trema tria habet, Cuius uero bona uenierunt, cuius non mo-
do illæ amplissimæ fortunæ, sed etiam uictus uestigiosque necessa-
rius sub precone cum dedecore subiectus est. Etiam illa con-
clusio est trium partium, Ergo hercule cuius bona ex edicto
possidentur &c. Utulis est hæc ratio, ut ne infinita ars sit, nece-
memoria incerta fluctuet. Est enim illud in primis uidendum,
ut cum fieri potest certus retineatur in omnibus numerus. Et
ut in partiendo sic etiam in eloquendo terrena sunt ceteris gratia-
ra. Sed aliquando necessitas bina, aut etiam quaterna, & am-
plius parit. In hac oratione terrena pleruncque retinet, aliquando
in binis consistit, raro hos terminos excedit. Habet hæc restan-
tam uim, ut sine ea magna pars artificij uioletur. Ac facile ex-
istis intelligitur quæ ratio sit uestigandi atque assignandi ceteras
methodos, quas quia explanare hic non potui, satis esse duxi
quoquo modo enumerare. Restat numerus in imitando, de
quo

quo ab te dictum est, sed annotandum est in eo quem imitamur, quam ille uicissitudinem habeat & quomodo colloetur, & in quibus rebus applicari soleat. Iam igitur ad ea accedamus quae in exercitatione restant, satis enim multa de imitando praecepimus. Commentationem etiam diximus in exercendo, adhibendam esse, & stilum & declamationem. Commentatio nem uoco, cum proposito à magistro argumento, spaciōq; cogitandi discipulis concessso, singuli deinde ad magistrum reuerunt, & quod meditati sunt pronunciant. Cū uero illud sit scribendo, & scriptae rei ex ipsa charta fit emendatio, id stilum non minant, atq; hęc duo viam ad declamandum patefaciunt, quae tum meditatione tum scriptione perficitur. Materia horum est, aut latina gręce, aut gręca latine conuersa. Poetarum enim strictos uersus dissoluere, aut eadem lingua optimū aliquem scriptorem alijs uerbis interpretari, non fructuosum est, nisi tandem comparata orationis copia, & confirmato iudicio. Citius concedam, ut cum deterioribus contendant, & detracto illo foedo habitu, ornatum illis afferant. Sed in uertendo scripta linguae alienae, uitanda est seruitus nihil commutandi. Translatio nes enim permultę tales sunt, ut in alio sermone sint quotidianę, in alio non recipiantur. & formę sententiarę eiusmodi sunt, ut si maneant, barbaria sub stilum irrepatur. neq; eadem compositione, idem numerus, eadem membrorum consecutio potest saepe conseruari, quare non eadem reponenda, sed paria & similia & peræcq; bona atq; illa fuerunt quae sunt mutata. Percutimus iam Frossi prope omnia quae sunt exercitationis, etiam de arte aliqua diximus, reliquū igitur est, ut ad huius libri finē properemus, & ad nouem illa redeamus, & quoniam de natura diximus, & de educatione puerili, & subtili ratione artis, & de memoria breuiter quā dixi arte maxime stabiliri, quędā etiam

O ij &

& sermone quotidiano: quatuor adhuc reliqua sunt, lectio scilicet & philosophiae cognitio, & memoria & studiorum continuatio, de quibus pauca sunt hoc in loco praecipienda. Sed priusquam ad lectionem scriptorum uagam, & celerem uenientur, prius precepta dicendi cognoscenda sunt, & diligentissime ille explicandus intelligendusq; qui ad imitandum proponi debet. Sed hic inuidiosa illa quæstio oritur, quisnam potissimum sit legendus, quam nos in hac breuitate omittemus, saltem sententiam nostram explicabimus. Sic enim statuo in Cicerone

¶ & in Vergilio apud Latinos, apud Græcos in Demosthenem atq; Platone, & Homero ac Hesiodo puerilem institutionem esse inchoandam, hoscq; solos & ad intelligendum & ad imitandum proponendos esse, cæteros adiungendos prudenter, cum tempus est & res studiæq; requirunt. Qui aliter sentiunt, eos tolerandos existimare, nisi magnam perniciem in literas importarent. Aut enim peruerse iudicando, aut suorum scriptorum amore, ab optimis dehortantur, & acumen animi hebetant. Nam illud concedendum est, amississe nos eloquentiam, idœoq; conquirendam esse illam apud ueteres, eosq; qui inter hos præstant, nos si quam laudem scribendo retinere uolumus,

¶ ne etiam illud obseruandum est, ut ad certos fines quæ leguntur referantur, ut similia conferantur, ut noua & ante non lecta notentur, ut confirmetur memoria congerendo, ut à melioribus & ad rem pertinentibus ordo progressusq; fiat, ut ea in sermone usurpentur, quibus ornetur, ita ut permaneat natius & doctus. Verum aut non statim loquendum est, aut loquendum

dum cum optimis, quorum scripta legimus, audiuiimus expli-
cari, habemusq; dissoluta. Sed illud continuo simul ac incipi-
tur proponendum est, ei qui præstare uolet omnia, quæ ip-
sum sapientiæ studium profitetur esse cognoscenda. Quare
neq; differēda ultra sextum annum puerilis educatio est, neq;
in artibus tradendis plura pertractandasunt, quām ea quæ ad
eas intelligendas sunt necessaria: uitanda in his obscuritas, ui-
tande questio[n]es aduersarie, quedam etiam differēda. Sed quo
debeant artes ordine & qua ratione tradi, explicabimus in eo li-
bro qui est de institutione studiorum, quem Scholarchis no- 10
stris inchoatum informatumq; exhibui. Nunc illud solum ob-
tinendum est, inanem esse lingue solutionem, & uerboq; uolu-
bilitatem absq; rerum cognitione, quæ cum recte atq; ordine
instituitur per ætatem hominis, ab uno cōmode potest absolu-
ti. Ut hoc probaret uerū esse Cicero, cum uideret esse ad sum- 15
mam laudem necessarium, tres illos preclaros de oratore libros
edidit, & de eadem re cum in alijs locis, tum in oratore quē mi-
sit ad Brutum, copiose disputat. Verū hoc est in hac re incom-
modi, q; post maximos labores cū ad usum peruentum est, ne-
gligantur plerunq; studia pristina, atq; omissa in negotijs non 20
recolantur, non continentur, necq; interuallo interiecto repe-
tantur. Extremæ uires atq; maximæ usū comparantur, sed hic
ipse non solum sustentatur, uerum etiam augetur cōfirmaturq;
studiorum continuatione. Exposui breuiter Frossi optatis si 25
me quæ causæ sint amissæ dicendi scientiæ, & quomodo eadem
aliquando recuperari possit explicau. Sed omnis ratio atq; uis
in illa puerili educatione sita est, in qua summa magistrorum
opus est diligentia, fide, prudentia, constantia, ad quæ cum usus
accedit, cum perpetuantur cum ætate studia, non potest non
confici in optimis naturis quod spectamus, ut cū eloquentia sa-

O iij pientiæ

pientiae quoque studium percolatur. Quamobrem uehementer
 literis gratulor de Senatus nostri benevolentia, & liberalitate,
 qui quoniā locum nobis amplissimum atque aptissimum concessit,
 quoniā decreuit ex Rep. esse, ut coeant schole, ut distinguatur
 ordinibus, ut ad singulas tribus magistri & gubernatores ad-
 iungantur, & quoniā nostroce ciustum liberis non desunt inge-
 niorū cōmoditates, si in illis uoluntas & amor, si in nobis & dili-
 gentia et fides & iudicium fuerit, spero breui fore, ut ex hac Rep.
 eiusmodi prodeant, qui magnā uitā ad erigendam iam inclina-
 tam religionē sunt allaturi. Nihil tam facile uiciatur quam puer-
 ū & adolescentū indoles, quae sēpenumero cum unam aliquā
 maculam suscepit, tota solet labefactari. Flexibiles eorum animi
 sunt in oīm partem, & quoque inclinant eō celeriter rapiunt,
 siue uoluptates spectent, siue uirtutes. Itaque præclare mihi de re-
 bus mortaliū mereri uidentur, qui se adolescentiae in formandæ
 dedunt; cui labori tametsi propria merces negatur nostra æta-
 te nostrisq; moribus, tñ maxime atque sanctissimæ rei consciencie
 tiam parit. Tibi uero mi Frossi eo hæc mitto, q; credam te unū
 esse cum paucis qui hoc tēpore sapiant, qui literas ament, qui la-
 boranti religioni libenter consulūt, & quomodo consuli possit.
 20. tamen acquiescamus nostro desiderio, dum quod optamus, id
 eorum ambitione & sceleribus impeditur, qui illud ipsum ut-
 tuerentur & amplificarent, sunt cōstituti. Spero etiam aliquan-
 do fore ut Deus piorum studiosorumq; uirorum gemitus ex-
 audiāt, ut illæ ipsæ lachrymæ, quas literis, quas Ecclesiæ, quas
 paci præstamus, tandem in eorum caput effusæ appareant, qui
 ut suas cupiditates expleant, quid Deus, quid hominū necelli-
 tates requirant, nolunt animaduertere.

Argentorati, in aedibus Vuendelinii Rhei
l*ij.* Anno M. D. XXXVIII.

Cum gratia & priuilegio Imperialis
ad Sexennium.



Quod manibus cubitum teneo, quod frenaque dura,
Nil ultra licitum, sed uolo adesse modum.

all the Roman Poets have Acrostics
III V XXX, &c. M

The principal thing is to sing well
and not to be

and have good pitch and intonation
and to sing well and to sing well